




# Explicatio Epistolae Pauli ad Galatas

<https://hdl.handle.net/1874/428471>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

108


N


11



21  
A








**D**icit corpora mutantur a causa quibus, et in actione  
quibus non sunt intelligere per causam mutantur sensus,  
ceteris quibus non est causa sed est relata deindeque per quibus  
mutantur quod corpora actiones per se per mutationem ipsorum:  
sensus et imaginis et motus et quiete mutantur et in  
sensu isto sicut et qualitate et evanescere et accidere  
naturae actiones est ut Gladii non in luce et venenorum illarum  
non in tenebris et naturae est actiones et in luce et in tenebris opere  
huiusmodi per causas. In orbe uocum non est in me opus  
**D**icimus prius et ex quo non est evanescere causam uice.  
In autem naturae mutatione sensus causam quod non est  
in naturae actione per se et in naturae est quod mutatione causatio  
est quod est in naturae actione et evanescere ab eo causam mutationis illarum  
est per sensum et per imaginem placent et in origine luce  
et huiusmodi venientia et reliqua que actiones et in naturae ex eis  
de quorum propositis iste quoniam aut ratione aut actione  
aliquando est causa non est aut ratione uicemque quod est in naturae  
opus in generatione est quod est ei opus in mutatione est quod  
imprimat mutationem huiusmodi non quod mortis campi subducatur  
et uerpe et cetero aliovis non est expulsio et expellere et cetero  
cetero inducere et dislocare et situare et placare et  
huiusmodi. Quod est in ratione aut ratione est in mutatione opus  
per opus in generatione per mutationem eo quod uerpe atque ceterae  
expulsa est ut per se et in naturae ratione nigerum placent  
agere per huiusmodi aut ratione est in opus non est ratione  
huiusmodi ex naturae ratione et loquuntur nullo per se potest.


**O**pus est ex naturae ratione alteracione corporis  
et naturae ratione uerpe est ratione ratione


**H**ec quid manus hunc p  
ueras alias casu altavit corp  
**O**mnis minister regnorum est mutat et  
veras per seipsum ad eum per carmedianum  
et tunc per eum nullus non est exquisitus christi  
**C**ontraenem corporum non est nisi possit mutar  
mutari enim est mutare eum que in medio non acci  
perat quod non mutari vel quoniam non per se et in lapide  
aut per eum possit mutari eum et quod non erat  
expellit utrumque fructum et hunc non ex obiecto  
aut modo quoniam non est nisi per se ipsum non  
mutari et corporum ut apud eum actiones ex personis  
est mutare in obiecto aenam apparet in multis  
mutari in obiecto ut est mutare aer et viuus aer de  
concreto et raro in obiecto ut est apparet in obiecto est in ipso  
ut per se mutari ut hanc causam non mutatur aer et obiectum  
apud mundum aer et obiectum est in obiecto  
mutatur aer et resolutus est autem est aer et alio eo  
est mutatus et mediacione disponitur alias mutari  
et per se mutari et obiectum est quod non mutatur aer  
sparsus ad ipsam causam et tunc additur uincere et obiectum ad  
causam mutatur sparsus causam ex causa quae uincere malicie  
causam aer ut quod occurrit in causa cuius causam reuertit per se  
ipsam. Omnesque causae mediacione illud uer.

**E**t contumuit salutem. 181

**T**ra iugis et in lapidem illuminatus corpus omnium  
ultus est uel loco et causa uirum qui periret et  
multis. Unde et auctoritate patrum et ecclesie et  
scripturis et multitudine non patitur uerum







D 8° 160  
K 108 N<sup>W</sup>


N. 11. B.

*Ex dono H. Brueghel: 1*

**EXPLI  
CATIO EPISTOLAE  
Pauli ad Galatas,**

AU TORE IOANNE  
Brentio.

FRANCOFORTI EX  
Officina Petri Brubachiij,  
Anno XLVIII.



**LETTER**

TO THE CHURCHES OF  
THE GREEK WORLD

IN THE EPIPHANY

AND THE HOLY

TRINITY

AT THE END OF THE

ADVENT

AND THE BEGINNING

OF THE LITURGY

FOR THE HOLY

TRINITY

AT THE END OF THE

ADVENT

AND THE BEGINNING

OF THE LITURGY

FOR THE HOLY

TRINITY

AT THE END OF THE

ADVENT

AND THE BEGINNING

OF THE LITURGY

FOR THE HOLY

TRINITY



REVERENDO VIRO D.  
IOANNI HESSO, DOCTORI SA-  
cræ Theologiae, & pastori Ecclesiae  
Vratislauieñ, fidelissimo, Io-  
annes Brentius  
S. D.



ON DVBITO, RE-  
uerende uir, quin  
quæ est pietas tua,  
totum te, in his gra-  
uissimis Ecclesiæ &  
patriæ temporibus,  
ad petendum, con-  
tra tantam piæ doctrinæ hostiū per-  
fidiam & crudelitatem, auxilium à  
Deo Patre Domini nostri Iesu Chri-  
sti cōtuleris, ac optime confido, tuas  
preces cū uniuersæ Ecclesiae filiū Dei  
uotis coniunctas, haudquaquam ua-  
nas & inanes fore, Sed queso te, ami-

A 2

## EPISTOLA

cissime mi Hesse, ut interim, dum tu  
in tanta Dei familiaritate uersaris,  
me pauca quædam tecum colloquen-  
tem non asperneris. Suscepi enim  
nōnulla commemoranda, non ut a-  
uocem te à pia pro salute Ecclesiæ sol-  
licitudine, sed potius, si queam, ma-  
gis excitem, aut quia satis antè, auto-  
re spiritu sancto, excitata est, me ei,  
qualicunque officio fauere osten-  
dam. Quæ igitur in præsentia tecum  
cōferre statui, obsecro te, paulisper,  
dum ea exponam, animum tuum ad  
hibeas. Interpretatus sum ante ali-  
quot annos publica, qua potui, expli-  
catione epistolam, quam Paulus, ele-  
ctum Dei organon, ad Galatas scri-  
psit. Nulla enim doctrina magis salu-  
taris tradi potest Ecclesiæ, quam quæ  
in hac Pauli epistola literis mandata  
est. Cùm autem cogitationes meas  
in chartas breuiter coniecissem, ami-  
ci quidam descripserunt eas, ut habe-  
rent, quod cum alijs, qui in hanc epi-  
stolam

## VNVCUPATORIA.

3

stolam extant, commentarijs conferrent. Nam hoc consilio cessi amicis, non quod sentiam mea illa  $\alpha\upsilon\pi\sigma\chi\alpha\eta$  digna esse, quibus legendis eruditii occupentur, sed ut esset, quod dijudicaretur. Prophetæ, inquit Paulus, duo aut tres loquantur,  $\kappa\omega\alpha\pi\alpha\eta\alpha\gamma\kappa\epsilon\nu\tau\alpha\alpha\gamma$ . Sed postquam intellexi hæc transfusa iam in aliquot exemplaria, metui, ne sic, ut à quoquis pro suo ingenio uel excripta uel excerpta essent, orbi publice obtrudenterentur. Quare uisum ea recognoscendo, quantum licuit, percurrere, & iudicavit tolerabilius esse, ut à me male, qd ab alijs peius in lucem darentur. Sed quam speras, inquies, utilitatem ad Ecclesiam ex hoc scripto peruenturam, cum antè in hāc epistolam Pauli extet luculentissima Reuerendi Patris D. Martini Lutheri explicatio? Ego uero propter hāc maximè causam passus sum, ut hi mei commentarij hoc tempore vulgarētur. In hac

A ;

## EPISTOLA

¶nīm epistola tradit Paulus Ecclesiæ  
summam piæ doctrinæ , uidelicet,  
quod reputemur in iudicio Dei iusti,  
non propter merita nostrorum ope-  
rum, sed tantum propter Iesum Chri-  
stum filium Dei, per fidem . Constat  
autem in Ecclesia Christi , quod De-  
us excitauerit Reuerendum patrem  
D. Martinum Lutherum, ut hanc do-  
ctrinam instauraret, & ab impijs for-  
dibus Pontificum , monachorum &  
sophistarum expurgaret . Volui igi-  
tur editione huius Commentarij pu-  
blice testari, me hunc virum agnosce-  
re Dei organon, agnoscere meū pre-  
ceptorem, & amplecti doctrinam e-  
ius, quem & adhuc in his terris uiuā  
ex animo amauī : & quāquam excels-  
sus eius ex hac uita attulit mihi acer-  
bum dolorem, tamen nunc ei de fœ-  
licitate sua , quam habet apud filium  
Dei, in cœlesti omnium piorū cœtu,  
ex corde gratulor , & ago gratias  
Deo Patri Domini nostri Iesu Chri-  
sti,

## NUNCUPATORIA

sti, quod his nostræ etatis difficillimis temporibus talem heroem dederit, per quem pia doctrina, quæ crassissimis tenebris occultata & circumfusa latebat, in lucem reuocaref. Nam, ut dicam, quod res est, in quodcunq; uitæ genus oculos coniçio , occurunt beneficia, quæ Deus nobis per hunc uirum clementer præsttit . In Ecclesia, quod abolitis impijs sacris, Lex & Euangelion, hoc est, uniuersa doctrina ad salutem necessaria, recte explicatur , sacramenta pie administrantur , nomen Dei uerè inuocatur, Psalmi utiliter cantantur, beneficium Dei est, per Lutherum , inuitis omnibus Pontificibus & Monachis, in nos collatum. In schola, quod abiecit is impuris & impijs Sophistarum somnijs, sacra scriptura , ad quam recte cognoscendam omnia studia nostra referenda sunt , pure & syncere traditur , debemus autori Deo , per ministerium præceptoris nostri Lu-

## EPISTOLA

theri. In Politeia, si bona conscientia leges administraueris, & gladium gestaueris, acceptum ferendum est ei doctrinæ, quam de politico magistratu illustrauit Lutherus. In œconomia, quid non molestiæ, quid non perturbationis animi continget tibi, uel ex coniugio, uel ex agricultura, uel ex opificio, uel ex mercatura, uel ex alijs domesticis operibus, non tantum seruilibus illis & sordidis, uerum etiam paulò liberalioribus, si non ea doctrina, quam fidelis seruus Christi Lutherus magna dexteritate exposuit, eruditus fueris: Denique siue nostra publica, siue priuata respicias, uersantur ubique ante oculos beneficia, quibus filius Dei per Lutherum clementer nos affecit. Hæc beneficia commemorare & prædicare debemus, ut excitemus nos ipsos ad gratitudinem erga filium Dei, Iesum Christum, & precemur Deum, ut Euangelion, in clarissimam lucem prolatum

## NVNCPATORIA.

latum, in Ecclesia sua conseruet. Sed quanto maiora sunt hæc beneficia Dei, tanto grauiora pericula Satan his annis Ecclesiæ Christi creauit. Extat adhuc publice Bulla, quam ita uocant, Leonis Decimi, Romani Pōtificis. Extant duo edicta, alterum Vuormatiense, alterum Augustanum, Extant Decreta quorundam principum & episcoporum, Extant doctrinales, ut ipſi loquuntur, Condemnationes præcipuarum Academiarum, ut nihil interim dicā de priuatorum hominum scriptis, in quibus omnibus Reuerendus Pater D. Lutherus ita damnatur, ut quotquot doctrinam eius agnoscunt, iudicentur digni æternis cruciatibus. Ac p̄ter alia manifeste pia, nominatim etiam hoc damnatur, quod Lutherus docuit, sola nos fide, propter Christum, iustificari, quæ tamen doctrina, non solum ea est, quam Paulus in hac epistola confirmandam suscepit,

## EPISTOLA

terumetiā doctrina est omnium Prophetaꝝ et Apostoloꝝ, et qua sola seruantur, quotquot seruantur. Omnes Prophetæ, inquit Petrus, testimonium ferunt Christo, quod remissionē peccatorum accipiat, per nōmē eius, quisquis crediderit in eum. Secuta autem sunt has Bullas et Edicta, non tantum exilia, uerū etiam indignissimæ cædes multorum tam uirorum quam mulierum, qui ueritatē huius piaꝝ doctrinæ amplexi sunt. Nec existimandum est, autoritatem harum Bullarum & Edictorum ita uiluisse, ut quemadmodum pauci ex uulgo hominum ea cum animis suis confiderant, ita nulla eorum publica ratio habeatur, sed iudicatur publice tam sacrosancta, ut pīj Prīncipes nunq̄ potuerint abrogationem eorum in Romano regno impetrare. Et hoc etiam tempore hostes piaꝝ doctrinæ suscepérunt ea, non tantum Pontificia Synodo, uerum etiam crudelissi-

## NUNCUPATORIA:

mo bello tuenda . Quis autem pos-  
set esse fœlix & prosper successus e-  
ius regni , in quo tam blasphemæ Bul-  
læ , et tam horrenda Edicta , aduersus  
doctrinam Prophetarum & Aposto-  
lorum , adeoç ipsius filij Dei , publi-  
ce & inuiolate extarent : Cùm Eze-  
chias , Rex Iudæ , ob sideretur in urbe  
Hierusalem à Saneheribo rege Assy-  
riorum , accepit literas à Legatis As-  
syrijs , quæ continebant manifestas  
blasphemias aduersus uerum & ui-  
uum Deum Israelis . Quid ergo face-  
ret pius rex : Non potuit , nec debuit  
blasphemias aduersus Deum dissim-  
ulare , sed cum in terris non esset  
qui eas in impio rege vindicaret , ascē-  
dit unà cum Esaia in templum Do-  
mini , et expandit literas coram Deo ,  
quem & magna animi fiducia preca-  
tus est , ut gloriā nominis sui ipse tue-  
retur . Nec Deus frustra se appellari  
passus est . Age igitur , amicissime mi-  
Hesse , audeamus & nos aliquid , per

## EPISTOLA

rumpamus cœlos, penetremus ad  
Thronum diuinæ maiestatis. Scio,  
cōfido, non ab̄sciet nos Deus, quod  
& si sumus peccatores, tamen ueni-  
mus comitati intercessore unigenito  
filio eius Domino nostro, quem pa-  
ter ita diligit, ut omnia ei donauerit.  
Procumbamus igitur in genua, in fa-  
ciē, offeramus Deo nostrum suppli-  
cem libellum, expādamus coram eo  
blasphemas Bullas, & crudelia Edi-  
cta, & dicamus: Aeterne, omni-  
potens, & clementissime Deus,  
qui te patefecisti humano generi,  
non solum opificio huius mundi, &  
liberatione Israēlis ex Aegypto, ue-  
rūmetiam, quod maximum omnium  
est, Legatione unigeniti filij tui Do-  
mini nostri Iesu Christi, in terram, &  
donis sp̄ritus sancti tui, quibus Ec-  
clesiam tuam ornasti, Precamur te  
per Iesum Christum filium tuum, ut  
aures tuæ querelis nostris clemen-  
ter pateant, & non tam nobis, quam  
gloriæ

## NUNCUPATORIA.

gloriae nominis tui opem auxiliūm quā  
feras. Nam humanum genus, ut tu ip  
se nosti, peccato ita obrutum iacuit,  
ut nō tantum destitutum esset sua il  
la iustitia, quam ex creatione tua ha  
buerat, uerum etiam non posset ullis  
suis uiribus ac meritis ad iustitiam re  
cuperandam assurgere, ac necesse  
haberet ēternis supplicijs obnoxium  
esse. Tu autem clemētissime Deus,  
tantam calamitatē miseratus, pro  
misisti, ac tandem etiam misisti nobis  
unigenitum filium tuum, qui pecca  
tum humani generis expiaret, et obe  
dientia sua apud te patrem tuum im  
petraret, ut quotquot in ipsum cre  
dunt, iustitia ipsius donentur, & co  
rā tribunalī tuo iusti propter ipsum  
reputentur, ut etsi carēt sua propria,  
fruantur tamen aliena iustitia Domi  
ni nostri Iesu Christi, qua & constent  
in iudicio tuo, & accendantur per sp̄  
ritum sanctum tuum ad obsequia ti  
biuerē & ex animo præstanta. Hæc

## EPISTOLA

est doctrina Euangelij tui, quam initio reuelasti Patriarchis, quam docuerunt Prophetę, quam nobis exposuit filius ipse tuus Iesus Christus Dominus noster, quam spiritu sancto tuo uulgasti per Apostolos in totum orbem terrae, quam his nostris temporibus illustrasti per seruum tuum Lutherum, & qua seruas Ecclesiam tuam non solum in afflictionibus huius seculi, uerum etiam in morte ipsa aeternam uitam. Obsecramus autem te Clementissime Pater, consydera cum animo tuo, quid de tanto tuo beneficio impij & crudeles homines sentiant. Ecce enim expandimus coram tua maiestate Bullas Pontificum, Edicta Regum, Principum & Episcoporum, & scripta Sophistarū, quibus doctrina filij tui Domini nostri Iesu Christi de iusticia fidei ita damnatur, ut pronuncietur planè dæmoniaca. Nec potuerunt hactenus principes, qui aperuerunt portas suā

## NUNCUPATORIA.

e

as regigloriae, unigenito filio tuo, &  
Euangelio eius ullis suis officijs, cōsi-  
lijs, cohortationibus, & precibus effi-  
cere, ut tam blasphemē Bullæ & Edi-  
cta in Romano regno abolerentur:  
Quin etiam eo crudelitatis processe  
rūt hostes tui, ut sicut antea cædibus  
in Ecclesiam grassati sunt, ita nunc ar-  
mis & bello impietatem suam tueri  
conentur. Exurge igitur Domine  
Deus noster, defende tuam ipsius  
caussam, memor esto blasphemiarum,  
quas in te impij virulēter euomunt,  
libera à proscriptione Christum filium  
tuum, qua tot iam annos his Bullis  
& Edictis damnatus fuit, conserua  
Ecclesiam tuam, quam hostes Euan-  
gelij tui usq; ad internacionē oppres-  
sam cupiūt, tuere principes nostros,  
qui hoc tempore contra crudeles ho-  
stes tuos pro Ecclesia tua excubant.  
Ac fatemur quidem ingenue etiam  
nos esse peccatores, nec pro immen-  
sis tuis beneficijs, quæ in nos contuli-

## EPISTOLA

sti, satis gratos, sed idcirco amplecti  
mur fide nostra Euangelion filij tui,  
ut quia peccatores sumus, nec possumus  
meritis nostræ iustitiae peccata  
expiare, cōsequamur gratuitam pec  
catorum remissionem propter Chri  
stum filium tuum, ac petimus ut uitâ  
nostrâ spiritu sancto tuo gubernes,  
quo mortificatis reliquijs carnis tibi  
seruiamus, & nomē tuum perpetua  
laude celebremus. Aduersarij autem  
nostrî quid? Etsi nihil minus uideri  
uolunt, quam else persecutores no  
minis & Ecclesiæ tuæ, tamen tu scis  
Domine, & res ipsa testatur, quod  
persequantur ueram doctrinam E  
uangelij filij tui, ac non solum non a  
gnoscunt impietatem suam, uerum  
etiam suscipiunt eam, quoquo modo  
possunt, defendendā. Nec hoc est in  
stitutū eorum, ut gloria nominis tui  
promoueat, sed ut liceat ipsis impu  
ne dominari, helluari, scortari, nefan  
da quæque scelera designare, &  
omnes

omnes cupiditates suas explere.  
Hoccine impiorum institutū tu Domine Deus noster approbabis? hoccine propositum tu iuuabis? Non facies, non facies, inquam. Non Deus uolens iniquitatem tu es, non hababit iuxta te malignus, odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Nos quidē indigni sumus, qui uideamus gloriam tuam, tu autem dignus es, cuius gloria coram uniuerso mundo illustretur. Quare oramus & obtestamur te, ut hanc tuam uoluntatem, qua iniquitatem detestaris, & uirum sanguinum ac dolosum exercaris, etiam his nostris temporibus publice testificeris. Si enim nos nunc deserueris, an non dicent impij, Vbi est Euangelion eorum? Vbi est Christus eorum? Non poterat eos Christus in bello seruare, & seruaret eos in morte? Has blasphemias etiā nūc impios in cordibus suis meditari non dubita

EPISTOLA

mus, & tu cordium scrutator uerē cognoscis. Magnificetur ergo, clemē tissimē Deus, fortitudo tua, & sicut dixisti, Inuoca me in die tribulatiōis, & eruam te, & honorificabis me, ita exaudias nos inuocantes nomen tuum, ut gloriām tuām perpetuo celebremus, per unigenitū filium tuū Iesum Christum Seruatorem nostrū, Amen. Hoc, amicissime mī Hesse, ut nō dubito, tu mecum, hoc uniuersa Ecclesia nobiscum uera fide precatur. Cōfidamus igitur, & pergamus nostrum officium facere. Spero sine ulla dubitatione futurum, ut non solo in hac terra, uerum etiam in cœlo, in cœtu omnium piorum, & cum carissimo nostro præceptore Lutero prædicaturi simus de laude immēsæ misericordiæ, quā nobis Deus pater per dilectū filium suum, unā cum spiritu sancto suo exhibuit. Bene ac feliciter uale. Ex Hala Sueuorum die uicesima Iulij, An. M.D.XLVI.

De

# DE GALATIS,

Pausanias εὐ ἀτυκοῖς.

**O**ἱὲ λέποτε ἀυριὸς καλεῖθεν γαλάτας  
εἶσεν Κηλατίου. Κελτοὶ δὲ κατά τε σφᾶς  
τὸ ἀρχεῖον, οὐδὲν τῆς ἀλλοιος ὥγο-  
μαζοντα.

Obtinuit tandem, ut vocarentur  
Galatæ. Antiquitus enim vocaban-  
tur tam ab ipsis, quam ab alijs Celte.

Stephanus.

**G**αλάτη πρὸς νόρῳ τοῖς παφλαγόσιν,  
ἀπὸ τὴν τῇ κελατίκῃ γαλατῶν, οἱ  
πλανθέντες τηλὺ χρόνον, μάκατελος  
βόντες τὸν χῶραν ὄντως ὠνόμασσεν. πρώτη  
δὲ διαγαλάτης ἐκ τοῦ γαλλοῦ, οὐφέσαι τῷ  
ἔγος λ. Οὐ γαλατία ἡ χῶρα.

Galatæ Paphlagonibus sunt ad  
Austrum, sic dicti à Galatis, qui sunt  
in Celtica. Hi cum multo tempore in-  
certis sedibus uagati essent, & hanc  
regionem cepissent, tale ei nomē de-  
derunt. Deducitur autem Galata à  
nomine Gallus, ablative unius L. Et  
Galatia regio,

Suidas in dictione

Απαντενός.

**O**TI ρις πρὸς κελρις, γροτέσι γερμανοῖς, οἱ ἀμφὶ τῷ ὑπὸν ποταμὸν εἰσι  
Οἳ τὸν γαλάτης, τοτέσι γελλους, τῷ λέμοις Ο τὰς αὐτίας ἀντῶν, οὐαὶ τὲ συ-  
θῆκε Ο Λευκῶν πόλεωντος, οὐέποντας  
σεις ἐγένοντο κελτῶν, ἔωστι τὸ γαῖσιν τὸ  
τάρτην Βίβλῳ πλιέχει συγλαβοῦσσε.

Quartus liber continet bella, quae  
gesserunt Romani aduersus Celtas,  
hoc est, Germanos, qui habitant circa Rhenum fluuiū, & aduersus Galatas, hoc est, Gallos. Continet etiam  
Acta, foedera, fœderum uiolationes,  
& defectiones Celtarum usque  
ad Galum Imperato-  
rem, &c.

Explica

# EXPLICA

TIO EPISTOLAE PAV.  
li ad Galatas.



Vm aliquandiu uersatus sim in explicando libro Leuitico Mosi, q  
est liber Veteris Testa  
menti, & fecerim inter  
pretandi eius finem, uisum est nunc  
in manus sumere librum quendam  
noui Testamenti, ut planum facia  
mus, sacram scripturam non tantum  
sibi ubiq & maximè conuenire, ue  
rumentiam unum & solum nobis Ser  
uatore filium Dei, Iesum Christum,  
Dominum nostrum, ostendere, pro  
ponere, explicare & illustrare, ut cre  
dentes in ipsum, iusticiam & uitam  
babeamus. Suscipiemus autem hoc  
tempore interpretādam Epistolam,  
quam scripsit Apostolus Paulus ad

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

Galatas, quia Christus, quem ostendimus per Leuitica Sacrificia adumbratum, in hac epistola, expressa effigie cognoscendus proponit. Et continet hæc epistola absolutam & perfectam doctrinam Christianismi. Primum igitur, dicenda nobis quædam essent de Paulo, huius Epistolæ auctore, Sed quia Paulus in hac Epistola de sua autoritate aduersus Pseudo apostolos copiose & grauiter disserit, superuacaneum iudicauit, multa uerba de ea re in præfatione facere. Deinde consyderandum erit, qui sunt Galatæ, ad quos Paulus hanc Epistolam scripsit. Galatæ igitur fuerunt populi in Asia, dicti, ut Stephanus scribit, à Gallis. Aut potius à Celtis. Pausanias enim dicit, Galatas omni Celtes dictos. Et Cæsar testatur, tertiam partem Galliæ dictam esse lingua ipsorum Celtas, Romana autem Gallos. Etsi autem ea pars Galliæ, quæ attingit Rhenum, & Germaniam,

EXPLICAT. IOAN. BREN.

niam, Belgica uocatur, tamen nomine Galatarum comprehendit Diodorus omnes Germanos: & Suidas dicit Germanos Rheni accolae, dictos fuisse Celtas. Sed qua occasione hi in Asiam uenerint, scriptores rerum gestarum haud obscure tradunt. Nam cum Celtæ (siue hos Gallos, siue Germanos uocaueris) tanta multitudine abundarent, ut eos regio, quem genue rat, non caperet, emiserunt, uelut peregrinatum, trecēta milia hominum ad nouas sedes quærendas. Horum alij in Italiam, alij in Pānoniam, & ex Pannonia, alij duce Brenno, in Græciam, alij duce Belgio in Macedonia irruperunt. Hi ergo, cum diu incertis sedibus uagati essent, & stipendia sub regibus Asiae meruissent, ceperunt tandem sedem in Asia circa flumen Halim: Quæ regio cognominata est deinceps ab ipsis Gallogræcia & Galatia. Cum igitur Paulus concionaretur Euangelion Christi inter

IN CAP. L EPIST. AD GAL.

gentes, uenit & ad hanc gentem, Galatas, ac initio prædicauit eis Christū corām, deinde scripsit ad ipsos hanc epistolam, ut quos antea in uera religione Christi erudierat, in ea etiam, autoritate quidem & potentia spiritus sancti, suo autē ministerio & co-operatione conseruaret. Porrò hæc Epistola, cùm ab omnibus pījs, tum præcipue à nobis Germanis, magna obseruatione excipienda est, idque propter multas causas, quarum nūc duas tantum cominemorabimus. Altera est, quod scripta sit ad Galatas, qui, quemadmodum antè ostendimus, duxerunt originē suam à Germanis. Etsi enim scripta Pauli sunt generalia, & pertinēt ad uniuersam Ecclesiam quarumcunq; nationum & seculorum, iucūdissimum tamen est homini Germano piæ doctrinæ studio, nomē maiorum suorum in Epistolis tanti Herois legere. Altera est, quod hæc Epistola cōtineat prorsus

sus id ipsum Euangelion, quod Dominus hoc tempore clementer in Germania in lucem dedit. Dicemus igitur nunc quædam de argumento & statu huius Epistolæ. Idem autem plane status eius est, qui & Epistolæ ad Romanos. Docet enim Paulus in hac Epistola, quod homines iustificantur coram Deo, non propter opera legis, aut propter merita operum, sed tantum propter Christum per fidem, hoc est, quod in iudicio, coram tribunali Dei non possimus constare meritis nostrorum operum, sed tantum meritis Christi, quem accipimus per fidem ex prædicatione Euangeli. Hæc doctrina semper debet in Ecclesia tractari, ac primas tenere. Est & Decalogus docendus, ac habet suam utilitatem, sed nisi hæc doctrina de fide in Christū accesserit, Decalogus magis affert damnationem quam salutem. Nam hac doctrina de fide pri-  
mum omnium iustificamur coram

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

Deo. Hæc enim doctrina, organon il-  
lud est, quo spiritus sanctus diuina  
potētia efficit in nobis fidem in Chri-  
stum, Christus autem fide suscep-  
tus, ita in nobis à Deo Patre suo agnoscit  
ur, ut non tantum ipsi, sed etiam no-  
bis, qui ipsum suscepimus, faueat, ac  
reputet nos propter ipsum iustos.  
Deinde spiritus sanctus efficit per  
hanc doctrinam, ut quam iustitiam  
coram Deo propter Christum habe-  
mus, eam etiam bonis operibus co-  
ram Deo et hominibus exerceamus.  
Postremò per hanc doctrinam effi-  
cit spiritus sanctus, ut fide animati,  
vincamus afflictiones & mortem, &  
consequamur perpetuam cœlestis  
regni hæreditatem. Quare, ut hanc  
doctrinam conseruemus, contenden-  
dum nobis est per tela, per ignes. Sed  
audiamus nunc, qua occasione Paulus  
hanc Epistolam ad Galatas scrip-  
terit. Res autem ita se habuit. Paulus  
initio prædicauit Euangelion Christi  
apud

apud Galatas, corām, & docuit eos,  
quōd non necesse haberent suscipe-  
re onus legis Mosī, sed quōd deberēt  
manere in sua politiā, & credere, q̄  
Deus reputaret ipsos iustos tantum  
propter Christum, per fidem, atque  
ex hac fide facere bona opera, quæ  
uocant, moralia. Postquam autē Pau-  
lus discessit à Galatis, uenerunt ad e-  
os nonnulli Pseudoapostoli, qui ex  
Pharisaismo ad Christianismum con-  
uersti erant. His subuerterunt doctrinā  
Pauli apud Galatas, & docuerūt,  
quōd ad consequendam coram Deo  
iustitiam, non sufficiat Christus per fi-  
dem acceptus, sed q̄ necessaria etiā  
sint merita operum legis. Nisi circun-  
cidamini, inquiunt, secundum morē  
Mosī, non potestis esse salui. Docue-  
runt autē hoc maxima ueritatis spe-  
cie. Primum enim iactārunt exem-  
plum Apostolorum, qui & ipsi obser-  
uabant legem, & docebant Iudaeos  
ad Christianismum cōuersos legem

Acto. 15.

**IN CAP. I. EPIST. AD GAL.**

obseruare. Ergo obseruatio, inquit, legis, & merita bonorum operum sunt necessaria ad comparandam iustitiam, hoc est, ad consequendam remissionem iniustitiae nostrae coram Deo. Maior enim fides adhibenda est duodecim Apostolis, ab ipso Christo electis, & per spiritum sanctum confirmatis, quam uni Paulo, nuper Ecclesiæ persecutori, nunc autem legis, in gratiam gentium incircumcisarū, devastatori, qui cum antea nimis declinauerit ad sinistram, opprimendo Euangelion Christi, nunc nimis peccat ad dextram, abiicendo legem. Deinde docuerunt pseudoapostoli, legem non solum magna maiestate, uerum etiam magna severitate diuinatus latam esse. Haec fuerunt præcipua pseudoapostolorum argumenta. Paulus igitur diluit & refutat ea accuratissime. Ac principio confirmat autoritatē uocationis suae, quod quantum ad ministerium Apostolatus

tus attinet, nihil minor si cæteris Apostolis, imò aliquanto maior. De ea dem re scribit in posteriori Epistola ad Corinthios capite undecimo & duodecimo. Deinde probat clarissimis argumētis, nullum hominem iustificari, nisi propter solū Iesum Christum per fidem, ostendens interim uerum ac legitimū usum legis, quōd lex lata quidem sit diuinitus magna severitate, non aut ad hunc usum, ut iustificet, sed partim ut per eā agnoscatur peccata, partim ut effet externa pædagogia populi usq; ad Christū.

Oeconomia autem huius Epistole talis est. Continet enim hæc Epistola, quemadmodum & ea, quæ scripta est ad Romanos, duas partes. In priori parte cōfirmatur iustitia fidei. Et constat hæc pars Rhetorico syllogismo, quem subiçiam.

Nullum aliud Euāgelion, præterquam quod ego Paulus docui, recipiendum est. Et hæc propositio, quam

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

Dialectici uocant Maiorem, habet adiectam suam approbationem. Exponit enim Paulus historiam conversionis suæ ad Christianismum, & rationem Apostolatus sui. In hac expositione spargit hinc inde semina multarum confirmationum autoritatis & Euangelij sui. Commoratur autem in hac expositione duobus primis capitibus.

Deinde in fine secundi capituli sequitur Assumptio, quam Dialectici uocant Minorem. Et est hæc:

Docui autem hominem non iustificari ex operibus legis, sed tantum per fidem Iesu Christi.

Hæc Assumptio habet adiectas suas confirmationes, usque ad initium quinti capituli, quo in loco ponitur Complexio, seu conclusio Syllogismi, cum breui repetitione quorundam argumentorum, & exhortatione.

Posterior pars continet præcepta de

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 10

de moribus seu fructus fidei. Vos, inquit, in libertatem vocati fuistis, fratres, tantum ne libertate detis in occasionem carni, sed per caritatem servite uobis inuicem, &c. Ab hoc enim loco usque ad finem Epistolæ docet Paulus iustitiam operum, quæ ex iustitia fidei necessario sequitur.

SED ACCEDAMVS NVNC  
ad ipsam Epistolam.



AVLVS APOSTO-  
LVS NON AB  
HOMINIBVS, &c.

Hæc est Epigra-  
pha, in qua Paulus  
initio commendat  
Apostolatum & uocationem suam  
contra uanitatem Pseudoapostolo-  
rum, qui missibant Paulum non  
esse uerum Apostolum, nec rite uo-  
catum, aut Apostolorum tantum di-  
scipulum. Quare non esse cum audi-

IN CAP. I EPIST. AD GAL.

endum. Dicit exgo, Apostolus non ab hominibus, neque per hominem. Hæc non est ociosa ταυτολογία, sed commendatio uocationis aduersus pseudoapostolos. Quare alij ita distribuunt, ut ab hominibus uocari dicantur hi, qui nulla publica autoritate, sed tantum humanis affectibus se ipsos in publica ministeria ingerunt, quales hoc tempore sunt Anabaptistæ. Per hominem autem uocari dicunt, eos, qui uocantur quidem diuina uocatione, sed tamē per hominem, ut si quis uocatur per legitimum magistratum, uocatio quidē diuina est, attamen fit per hominem. Possunt & sic distribui, ut ab hominibus id sit quod à duodecim Apostolis, qui ordinârunt alios Apostolos. Per hominem autem intelligatur, per Christum adhuc humanam uitam in terris agentem, à quo duodecim Apostoli ordinati sunt. Vnde & addit: Sed per Iesum Christum, & Deum Patrem,

Patrem, qui suscitauit illum à mortuis. Itaque hæc erit sententia Pauli, Ego non sum talis Apostolus, quales sunt hi, qui emissi sunt à duodecim Apostolis, nec sum talis, quales etiam ipsi duodecim Apostoli. Hi enim sunt uocati ad Apostolatum à Christo, cùm adhuc in terris ageret, & mortalis esset, ego autem uocatus sum ab ipso iam è mortuis suscitato, & ad dextram Patris regnante. Quare uanissimum est, quod pseudoapostoli præferunt meæ uocationi Apostolatum duodecim Apostolorū. Sed dices: Quid si bi uult hæc tanta arrogantia Pauli, præsertim mox initio epistolæ? Cùm enim Paulus sit sui ipsius buccinator, non uidetur benevolentiam lectorum captare, quod scriptor in exordio faciendum est, sed potius à lectione deterrere, quippe quod natura somnus arrogantes & suarum laudum precones odisse. Consyderandum igitur est, quod etsi hæc & multa alia,

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

quæ sequuntur, habent speciem arrogantię & elationis animi, non tamen sunt carnalia, sed spiritualia, & sunt arrogantia & elatio animi ad conservandam puram doctrinam Euangeliij necessaria. Equites suscepturi bellum pro patria, solent Germanico Rythmo dicere, Elationem animi quam laude dignā esse, nisi cum gloria capiti imponitur, & vexilla explicantur. Idem dictum etiā in hac Paulus causa ualeat. Paulus enim suscepit in hac Epistola bellum pro Ecclesia, communī omnium piorum patria, ad sus pseudoapostolos, ad defendendū ueram doctrinam Christianismi, & ad conseruandam sinceram doctrinam Euangelij Christi, Quod bellum fuit Ecclesię & salutē nostrāe maximū omnium necessarium. Nam quanto ad pseudoapostolos attinebat, periculum erat, ne Ecclesia amitteret ueram Euangelij Christi doctrinam, hoc est, suam ipsius salutem. Quare

Paulus

Paulus initurus præliū aduersus im-  
pios doctores, statim initio induit ga-  
leam, & explicat uexillum, hoc est, ia-  
ctat autoritatem suæ uocationis, ut  
declaret se aduersus impios docto-  
res diuina autoritate munitum esse.  
Hæc iactantia & elatio animi, in tan-  
to Ecclesiæ periculo, commendatio-  
ne digna est, ac prorsus necessaria.  
Nō enim eo fit, ut Pauli persona, pro  
carnali modo, sed ut Pauli doctrina,  
quæ est cœlestis, pro spirituali modo  
commendetur. Itaq; hæc animi elatio  
& iactantia, non est humanæ perso-  
næ, sed diuini Euangeli, non est Pau-  
li, sed Christi, cuius solius gloriā Pau-  
lus conseruare cupit. Secundò, ex E-  
pigrapha notandum est, quod cùm  
ait Paulus, Neque per hominem, sed  
per Iesum Christum, perspicue signi-  
ficet Christum non tantum hominē,  
sed etiam uerum Deum esse. Etsi au-  
tem semper Deus fuit, etiam cùm ad  
huc in terris uitam mortalē ageret, ta-

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

men hoc tunc præcipue declaratur  
fuit, cùm resurrexit à mortuis. Ro.  
Declaratus est filius Dei ex hoc, q̄ r.  
surrexit à mortuis. Tertio, quòd ad  
dit, Et fratres qui mecum sunt, confi  
mat autoritatē doctrinæ suæ ex mul  
torum consensu & testimonio. Etli  
enim multitudo non parit errori pa  
trocinium, & optima solent ferè pau  
cissimis placere, tamen multitudo ad  
dit ueritati non mediocre pondus au  
toritatis. Nam Paulus etiam hac ap  
pendice perstringit impios docto  
res, qui dicebant, Solum Paulum ita  
sentire, ac neminem ei cōsentire. Do  
ctrinam autem ipsorum ( quæ era<sup>s</sup>,  
quòd præter fidem in Christum, ne  
cesse etiam esset iusticiam consequi  
per merita operum legis) esse catho  
licam & generalem, ac habere mul  
tos sectatores. Idem etiā iactant Pon  
tifices aduersus Euangelion hoc tem  
pore reuelatum, Sed habet & Euan  
gelion siuos sectatores, Deinde Pau  
lus

Ius hac appendice declarat modestiā suam. Assumit enim ad se in Epigrapha etiam alios , quos fratres uocat, ne si solus scribat Ecclesijs Galatiæ, uideatur tyrannidem in ipsos affectare, & non posse alium sibi in ministerio æqualem ferre . Itaque quantum antè uisus fuit arrogās, cùm iactabat uocationem suam , tantum nunc humilis est, cùm de sua persona agitur. Hoc certe illud est, quod aliâs dicit: Noui & humilis esse, noui & excelle re, &c. Alij homines solent hęc inuertere . Si gloria Dei defendenda est, tunc sunt humiles & meticulosi. Si aut̄ defendenda sunt bona carnalia & terrena, ibi nullus est nec finis nec modus elati animi. Paulus autem diuersum nos suo exēplo docet & exigit, ut uitam potius periculo expomus , quam ut deseramus patrociniūm pīæ doctrinæ.

ECCLESIIS GALATIAE.  
Quifuerint Galatae, antè dictur,

C 3

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

est. Etsi aut̄ h̄ec epistola scripta est ad solos Galatas, tamen doctrina eius pertinet ad omnes omnium seculorum Ecclesias in toto orbe terrarum. Doctrina enim Euangeliū, quæ in hac Epistola continetur, generalis est, & Christus iussit eam vulgari in universum orbem inter omnes gentes. Sed quid est, quod eos Galatarū cœtus, ad quos scribit, vocet Ecclesia, qui tamen erant per pseudoapostolos Christo ad merita operum seducti? Vocantur Ecclesiæ, uel propter eos qui inter Galatas adhuc uerè in Christum credebant, Conseruat enim si bi Deus in Ecclesia sua septem milia inter medias etiam impietas, qui non curuāt genua ante Baal: uel propter publicum ministerium Euangeliū & Sacramenti, quæ adhuc in Ecclesijs Galatiæ constiterunt.

GRATIA VOBIS ET PAX, &c.

Hæc est salutatio, quæ etsi solemnis

nis est Paulo etiam in alijs Epistolis,  
tamen hac nunc libenter & commo-  
de utitur, ut & hac parte perstringat  
doctrinam pseudoapostolorum, de  
meritis operum. Gratia enim signifi-  
cat fauorem, nō ex alieno merito, sed  
gratis & sola misericordia ac clemen-  
tia conceptum. Pax autem significat  
Hebræa phrasī, fœlicitatem, quæ ex  
fauore, gratia & clemētia contingit.  
Cūm igitur Paulus precatur Galatis  
gratiam & pacem à Deo, precatur  
eis, ut Deus clementer ipsis faueat,  
& ex hoc fauore omnia fœlicia &  
prospera eis largiatur. Quantam ue-  
ro autoritatem habeāt optiones, pre-  
cationes & salutationes Apostolorū,  
uel aliorum piorum hominum, aliās  
dictum est. Veteres Ethnici precati  
sunt amicis in suis Epistolis aut saluta-  
tionibus ὑπαίνειν, hoc est, sanū esse seu  
sanitatē. Et uulgus existimat nullum  
esse preciosius donum sanitatem cor-  
porali & diuitijs. Det uitam (inquit il-

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

le)det opes, animum mihi æquum ipse parabo. Hæc autem est opinio sor- didorum hominum. Nam optima & perfectissima seu optio seu salutatio, hæc est, quam Apostoli usurparunt, uidelicet, Optare gratiam & pacem à Deo . Nam hæc duo complectun- tur omnia diuina beneficia . Quid e- nim maius est , quam habere Deum fauentem, & gratia sua nos comple- ctentem? & quibus bonis non afflue- mus , si Deus nobis clemens fuerit? Deinde Paulus ad Deū patrem addit in hac salutatione etiā Iesum Christū, quo significat, tum quod Deus Pater fauereat nobis et beneficia conferat nō propter nostra merita , sed propter Iesum Christum filium suum, tum q̄ Deus Pater nō cognoscatur, nisi per Christum filium suum. Deum nemo uidit unquam , inquit Ioannes , filius unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Et aliás, Nemo uenit ad Pa- trem nisi per filium. Ac obserua hoc loco,

loco, quod cum æqualia opera, vide-  
licet, gratiam & pacem largiri, tribu-  
antur patri & filio, palam declaratur  
ipsos eandem habere maiestatem, &  
Christum unum cum patre uerum &  
naturalem Deum esse. Ioannis quin-  
to: Quæcumque pater fecerit, hæc itidē  
& filius facit.

Cæterum, ut Paulus statim ab ini-  
tio significaret statū Epistole, & per-  
stringeret prædicatores humanorū  
meritorum, complectitur summam  
totius Euangeliū, & exponit paucissi-  
mis uerbis totum beneficium & offi-  
ciū Christi. Et ait: Qui dedit seipsum  
pro peccatis nostris, ut eriperet nos  
e præsenti seculo malo. Hæc est to-  
tius Euāgeliū summa, quod Christus Euāgeliū  
expiauerit sua ipsius morte peccata summa  
nostra, & expiauerit ea non ut nos  
peccemus, non ut föelicem uitam in  
hoc seculo iuxta carnem ducamus,  
non ut in hoc mundo maneamus, &  
in eo fölicitatem habeamus, sed ut

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

eripiat nos ex hoc infelici seculo, & transferat in uitam æternam. Et si autem paucissima sunt uerba, quæ Paulus hoc loco in salutatione addit, tamen patent latissimè. Primum enim interpretantur omnia Leuitica sacrificia, & significant ea respexitse in solum Iesum Christum. Leuitica enim sacrificia non expiauerunt peccata, nisi ciuiliter. Solum autem sacrificium Christi, qui seipsum pro nobis dedit, expiauit peccata uerè & corā Deo. Deinde hæc Pauli uerba abrogant omnes cultus legis Mosaicæ, quia Paulus docet Christum iam uenisse, & sacrificium suum obtulisse. Adueniente autem corpore, aboletur umbra. Praeterea hæc uerba damnant omnes impietas tam Iudæorum, Gentium & Turcarum, qui abiecto aut neglecto Christo querunt salutē in meritis suorum operum. Postremo damnant etiam impietas hypocritarum in Christianismo, qui sentiunt

unt se cōsecuturos remissionem pec-  
catorum propter sua merita. Atque  
adeo his uerbis docetur uera religio  
Christiana, qua una salutem cōsequi  
possumus per fidem.

Sed quid est quod dicit: E præsen-  
tiseculo malo? Præsens seculum in-  
telligendum est totum illud externū  
seculum, ab initio creationis usq; ad  
nouissimum diem, non quod omni-  
bus hominibus semper præsens sit,  
sed per comparationem ad futurum  
seculum. Illud enim in præsentia sen-  
titur, hoc autem suo tempore reuela-  
bitur. Cæterū, hoc præsens seculū  
per se non est malum, sed bona Dei  
creatura, Gen.i. Tribuitur autem ei  
epitheton mali, propter multas cau-  
fas. Una est, quod malus, hoc est, Sa-  
tan sit propter peccatum hominis  
Princeps & deus (ut Paulus ait) hu-  
ius seculi. Cūm igitur dicit Paulus,  
Christum dedisse se pro peccatis no-  
stris, ut eripiat nos e præsenti malo

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

seculo, significat Christum ideo expi-  
as se peccata nostra , ut non amplius  
**e**ssemus sub tyrannide Satanæ , nec  
obsequiamur uoluntati eius . Altera  
est , quod nos homines nascamur in  
malis , hoc est , peccatis , & peccata  
semper in carne nostra circumfera-  
mus , Rom. septimo . Tertia est , quod  
hic mundus plenus sit pessimorum  
scelerum , & scandalorum . Vnde &  
I. Ioannis v. dicitur : Mundus omnis in  
malo positus est . Quarta , quod pro-  
pter principatum Satanæ & pecca-  
ta nostra obnoxij simus in hoc seculo  
omnibus malis , hoc est , miserijs & af-  
flictionibus . Hoc prodest diligenter  
cognoscere , partim ut sciamus quam  
necessarius nobis sit Christus Serua-  
tor noster in tantis malis , partim ne  
collocemus spem nostram in ihs , quæ  
uidetur bona huius seculi , partim  
ne polliceamur nobis in hoc seculo  
ullam firmam & stabilem fœlicitatē  
sed futuram inquiramus , & ad eam  
festine .

festinemus in Christo Iesu. Quare cū dicit, Christum eripuisse nos ē præsentiseculo malo, significat Christū liberasse nos ē potestate & regno Satanae, ex omnibus peccatis, & ex omnibus afflictionibus, non ut nullas habeamus in hoc seculo afflictiones, sed ut hæ quantumcunq; magnæ & horribiles nobis instantum nihil obesset, ut etiam adiumento essent in bonū. Deinde additur etiam in salutatione, luxta uoluntatem Dei patris nostri, quo partim tacitè monet Galatas, ne existiment se cōtra uoluntatem Dei facere, si totam iustitiæ & salutis rationem passioni Christi, & non meritis operum legis adscriberent. Etsi enim lex lata est uoluntate Dei, tamē quia opera legis fiunt imperfecte ab hominibus, uoluntate etiam Dei missus est Christus, qui pro peccatis nostris satisfaceret, & cui soli totam salutis nostræ rationem tribueremus: partim significat Christum satisfecis.

IN CAP. L EPIST. AD GAL.

Se pro peccatis nostris, non iuxta uoluntatem, & merita hominum, sed iuxta uoluntatem & misericordia Dei Rom. quinto. Cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. i. Ioānis iiiij. In hoc est caritas, nō quòd nos dilexerimus Deum, sed quòd ipse dilexit nos. Porrò autem Paulus Deum non simpliciter Deū, sed etiam Patrē nostrum uocat, qui iterum tacitè admonet Galatas gratiæ per Christum partæ. Deus enim factus est pater per Christum. Postremò Paulus concludit salutationē doxologia, Cui gloria in secula seculorum Amen, ut doceat nos paedagogiam & externam reuerentiam nominis Dei. Nam si gentes nomina principum externis gestibus honorant. Et Cicero, publicam honestiuitati mentionem faciens, addere solet, Quem honoris gratia nomino. Solemus & de mortuis dicere, Parens, aut affinis meus, fœlicis memoriae,

&c.

&c. Quanto magis de nomine Dei, non solum reuerenter sentiendum, sed etiam loquendum est, et externis ritibus non ad superstitionem, sed ad paedagogiam honorandum. Hic autem uide quantum scelus admittant hi, qui nomine Dei non solum irreuerter, sed etiam impie & crudeliter abutuntur ad maledicta & execrations.

## MIROR QVOD TAM CITO.

Exordium sumptum à πραστέῳ. Et in hoc exordio continetur etiam narratio, quod Galatæ seducti sint à pseundo apostolis. Potuisset quidem Paulus longiorem facere narrationem, sed festinat ad principalem propositionem syllogismi. In hoc igitur exordio uides miram in Paulo modestiā. Etsi enim Galatae turpiter defecerāt à Christo, tamē tractat eos initio placidissime, luxta illud Esai. quadragesimosecundo: Calamum qualsatū nec

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

confringes, &c. Et Paulus obserual  
suam ipsius doctrinam ij. Timoth. ij.  
Seruum Domini nō oportet pugna-  
re, sed placidum esse erga omnes. Et  
iterum: Non oportet Episcopum es-  
se percussorem. Deinde habes in Ga-  
latis, exemplum humanæ imbecillita-  
tis, in ueræ fidei constantia. Galatæ e-  
nim erant initio uocati ad fidem Euā-  
gelij manifestis miraculis ac donis spi-  
ritus sancti. Nam quemadmodum  
Apostoli acceperūt dona spiritus san-  
cti admirabiliter in die Pentecostes,  
ita & Galatæ acceperant spiritum  
sanctum, per prædicationem Euan-  
gelij, quemadmodum infra cap. iiiij.  
scriptum est. Nihilominus tamen tan-  
tæ sunt uel leuitatis uel imbecillita-  
tis, ut nulla habita ratione miraculo-  
rum, statim ad prædicationem pseu-  
doapostolorum deficerent ab Euan-  
gelio Christi. Hoc idcirco nobis com-  
memoratur, non ut blandiamur no-  
bis in defectione & abnegatione Eu-  
angelij,

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 25

angelij, sed ut Euangelion diligentissime cognoscamus, & agnita nostra imbecillitate, ambulemus in timore Dei, & non efferaur animo, sed inuocemus Dominum, ut nos in uera fide conseruet. Iam & hoc loco obseruandum est, quid sit deficere & transferri à Deo. Hęc definitio cognitu necessaria est. Sunt enim qui existimāt, quod is tatum deficiat à Deo, qui extrinsecus more Epicureorum negat Deum esse, aut Deum humanas res non curare. Alij putant eum à uero Deo deficere, qui deficit à Christianismo ad Turcismum, aut Iudaismum. Et hactenus quidem recte sentiunt, Sed Paulus hoc loco significat, quid sit propriac uere à Deo deficere. Accusat enim Galatas defectionis à Deo. Quid autem Galatæ fecerant? Agnoscebant doctrinam pseudoapostolorum, qui quemadmodum è statu huius Epistolæ, & ex Actis Apostolicis cap. decimoquinto perspicue

D

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

intelligitur) docebant, Nisi circūcida-  
mini secundum morem Mosī, nō po-  
testis salvi esse; hoc est, Ad consequē-  
dam remissionem peccatorum & sa-  
lutem , non sufficit credere in Chri-  
stum, sed necesse est etiam operibus  
legis mereri peccatorum remissionē  
& salutem. Hæc est doctrina, cui Ga-  
latæ assentiebantur , propter quem  
assensum Paulus arguit eos defectio-  
nis à Deo, & Christo filio eius. Qua-  
re deficere & transferri à Deo , non  
est tantum à Christianismo ad mani-  
festam Idololatriam gētium , aut im-  
pietatem Turcarum, aut supersticio-  
nem Iudæorum, uerum etiam ad con-  
fidentiam humanorum operum &  
meritorum deficere. Vanissima igit̄  
tur est hypocritarum gloriatio, qui fa-  
ctant se credere in Christum, interim  
tamen confidunt se meritis suorum  
operum expiare peccata , & conse-  
qui salutem . Hoc certe est maiestatē  
Christi in opus humanæ iustitiae trā-  
fer-

ferre. Est & illud considerandum, quod cum Paulus ait, In aliud Euangelion, cum tamen non sit aliud (uerum scilicet) apparet etiam pseudoapostolos iactasse & pretexuisse suis concionibus nomen Euangeli, adeoque significatur, quod quemadmodum Satan transfiguratus se in angelum lucis, ita & ministri eius uendant honesta specie mendacium suum. Quare non extenuus praetextus, sed ratio doctrinæ consideranda est. Postremò describit Paulus fructum eius doctrinæ, quæ docet remissionem peccatorum contingere propter merita operum. Vocat enim Paulus doctores meritorum, Meritorum turbatores & euersores Euangeli, doctores, euersores Euangeli Christi. Nam doctrina meritorum non pacificat, sed turbat conscientiam, & non explicat, sed inuertit Euangelion Christi. Necesse non est conscientiam certam esse de peccatorum remissione, ut fiat tranquilla. Merita autem operum, non certificant conscientiam.

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

tiam, quia non sunt uere & perfecti  
merita, sed tantum Christus & mor-  
tui, quae est certissima peccatorum  
expiatio. Quare doctrina meritorum  
uitanda est tanquam pestis, seditionis  
& internecio.

SED ETSI NOS, AVT  
ANGELVS, &c.

Hæc est principalis propositio syl-  
logismi. Et ne q̄s existimet eam Paulus  
temere excidisse, mox repetit eam  
per asseverationem, ut quod cogni-  
tu necessarium est, repetitione & as-  
severatione uehemētius inculcetur.  
Est autem propositio maximè obser-  
vabilis. Primū enim Paulus affirmat  
tantam esse ueri Euangelij autorita-  
tem, ut non solum humana & Apo-  
stolica, sed etiam angelica autoritas  
necessē habeat ei cedere. Quare nec  
Pontifices, nec Ecclesia ipsa, sunt su-  
pra, sed infra Euangelion, nec possunt  
illud mutare. Potest quidem Ecclesia  
de

**EXPLICAT. IOAN. BREN.**

de Euangelio testificari, et agnoscere  
ueritatem eius, ut subdita, non autē  
ut domina, quæ possit Euangelion  
pro sua libidine mutare. Deinde sig-  
nificant Paulus, quòd doctrina, qua di-  
citur, opera humana expiare pecca-  
ta & mereri salutē, digna sit, non sim-  
plici pœna, sed anathemate, hoc est,  
perpetua exterminatione & interne-  
cione. Hic uides, quantum peccent  
impij doctores, & quam minimè ferē-  
di sint. Postremò habes hoc loco, q̄  
necessē habuimus ab impījs Pontifi-  
cibus deficere. Nam si ab angelo ca-  
uendum est, cùm aliud prædicauerit  
Euangelion, multo magis cauēdum  
est ab homine Pontifice, impia docē-  
te, & uerū Euangelion persequente.

**NUNC ENIM VTRVM HOMI-  
NIBVS SVADEO, &c.**

Alij aliter hunc locū interpretan-  
tur. Simplicissima autem sententia  
est, quòd Paulus his uerbis excusat

D ,

IN CAP. L EPIST. AD GAL.

eam temeritatis speciem, quam propositio & asseueratio præ se ferre uidetur, quasi dicat: Afferui nunc Euā gelion meum tanta autoritate & asseueratione, ut non tantum homines, sed & angelos, si quid diuersum docerent, diris deuouere & anathematis tradere ausus fuerim. Erunt autem multi hypocritæ & nasutuli, qui postquam hæc uel audierint uel legerint, exclamabunt me non solum esse per uitacem, arrogātem & temerarium assertorem, sed etiam cōtūmeliosum in sanctissimos Apostolos, & in electos angelos Dei. His ergo respondeo, me nunc non uersari in humano negocio, in quo benevolentia hominum captanda, & homines, quoquomodo fieri potest, placandi sunt, sed in diuino ministerio Christi. Agitur hīc non de familia herciscunda, nō de agris diuidūdis, sed agit de maiestate Christi, de summa Christianæ doctrinæ, & de uera ac perpetua salute hominis.

minis. Qua in re nihil prorsus uel sum-  
morum Monarcharum, uel etiam angelorum  
honoris ita tribuendus est, ut ueritatē  
deseras. Quod igit̄ scribo, ministerium  
Dei est, nō pertinacia, officium est, non  
cōuictum, obedientia est, nō temeritas.  
In hac enim causa nō querendū mihi est,  
quid hominibus iuxta carnem prudē-  
tibus & excellētibus placeat, sed qd̄  
Deo, quid Christo placeat, & quae  
mea sit uocatio. Si enim ad uenādam  
humanam benevolentiam, dissimula-  
rem aut abnegarem ueritatem, non  
essem seruus Christi, non essem ue-  
rus Apostolus. Explicantur autē hoc  
loco officia ueri Apostoli & Ecclesia-  
stae, immo uniuscuiusque priuati Chri-  
stiani. Primum enim Apostolus seu  
Ecclesiastes tam certus esse debet de  
doctrina Euangeliū, ut nec angelo ce-  
dat. Hanc certitudinem Paulus uo-  
cat τλεοφοιαν, Colosse, secundo, &  
primo. Thessa. i. que & in quo uis pio  
homine exigitur, ne uidelicet circūfe-

Ecclesiastē  
officia.

IN CAP. I EPIST. AD GAL.

ratur quoquis uento doctrinæ, quem  
admodum Ephe. iiiij. dicitur. Conse-  
quimur autem hanc certitudinem,  
non ociosis speculationibus sine uer-  
bo Dei, sed diligentí studio sacræ scri-  
pturæ per spiritum sanctum. Deinde  
ueri Ecclesiastæ est, ueritatem Evan-  
gelij nullo humani fauoris uel poten-  
tiæ uel sapientiæ respectu, profiteri.  
Si enim, inquit Paulus, hominibus pla-  
cerem, Christi seruus non esset. Quid  
ergo est, quod i. Corinth. x. ait; Tales  
estote, ut nullum præbeatis offendicu-  
lum, neque Iudæis, neque Græcis, ne-  
que Ecclesiæ Dei, quem admodum e-  
go per omnia, omnibus placebo. Non  
pugnant secum dicta Pauli. In Corin-  
thijs enim loquitur de rebus & 2<sup>o</sup> & 3<sup>o</sup>  
gois seu indifferentibus. In his enim  
obseruandis uel non obseruandis, ser-  
uendum & placendum est proximo.  
Si esca, inquit, offendit fratrem meum,  
nunquam in æternum manducabo  
carnem. In Galatis autem loquitur

de

EXPLICAT. IOAN. BREN.

de doctrina Euāgeliū, in qua dissimu-  
landa, aut peruertenda, aut abnegan-  
da, ne angelo quidem cedendum &  
placendum est . Nam placendum  
quidem est omnibus hominibus,  
quantum fieri potest, bona faciendo,  
recte docendo, & mala legitime ferē-  
do, hoc est, nullam iniuriā illegitime  
ulciscēdo; Nullis autem hominibus,  
ne regibus quidem, placendum est  
mala faciendo, aut īmpie docendo.

NOTVM AVTEM VOBIS  
FACIO FRATRES, &c.

Ratio propositionis (seu maioris)  
& est sumpta à reuelatione diuina,  
hoc est, ab oraculo, quod recensetur  
inter probationes ἀπόκρυψ. Potest autē  
hæc ratio sic formari. Diuinæ reuela-  
tiones seu oracula sunt certissima.  
Meum Euangelion est diuinum ora-  
culum Iesu Christi. Est igitur certissi-  
mum. Non est secundum hominem,  
inquit, hoc est, non solum non est hu-

D ,

IN CAP. I EPIST. AD GAL

mānum figmētū, sed nec etiam hū  
mano ministerio mihi traditum es.  
Cæterum hoc loco hæc obseruand  
ueniunt. Primum, cùm ait, Non acc  
pi ab homine, sed per reuelationē le  
ſu Christi, iterum significat Christū  
non tātum hominem esse, sed etian  
uerum ac naturalem Deum. Deinde  
probatur ex hoc loco Christum uer  
ā mortuis resur̄ exisse, et uiuere. Pa  
lus enim utitur hoc argumento ad  
confirmādam resurrectionem Chri  
sti, i. Corinth. decimoquinto. Omnīū  
inquiens, postremo, ueluti abortiuo  
uifus est & mihi. Adhæc, cùm hīc di  
cat se dīdicisse Euangelion per reue  
lationem Iesu Christi, & ad Corinthi  
os scribens (ij. Corinth. xij.) affirmet  
se nescire, num raptus sit in tertīū cō  
lum & paradisum, in corpore an ex  
tra corpus, perspicue significat Chri  
stum, non tantum in cōlum illud ex  
ternū, & in unum eius locum uelut  
in caueā inclusum esse. Si enim hoc  
sentire

**EXPLICAT. IOAN. BRENT.** 30

sentiret Paulus, non affirmasset, se  
nescire, num extra corpus raptus es-  
set. Sed significatur Christum uer-  
ti intra, infra, supra, & extra omnia  
loca, quemadmodum ad Ephe. quar-  
to scribitur: Christus descendit in in-  
fimas partes terræ, & ascendit super  
omnes cœlos, ut omnia impleret.

**AVDISTIS ENIM MEAM  
CONVERSATIONEM, &c.**

Cōfirmatio rationis. Et est ab hoc  
loco usq; ad Assumptionem seu Mi-  
norem propositionem, quæ est in fi-  
ne secundi capitî, perpetua Exposi-  
tio, in qua non disponuntur quidem  
argumenta, sicut fieri solet in Argu-  
mentatione, sparguntur tamen in ea  
argumentorum semina, quemadmo-  
dum fit in narrationibus. Cùm ergo  
Paulus exponit, se non pertinacem  
tantum & crudelem, uerumetiā do-  
ctum Ecclesiæ persecutorem fuisse,  
ac repēte mutatum in ministrum Ec-

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.  
clesiæ , & prædicatorem Euangelijs,  
præbet semen argumēti ducti à qua-  
litate personæ, Videlicet: Nullus do-  
ctus , pertinax & crudelis persecu-  
tor, potest in sectatorem eius religio-  
nis , quam extremo odio depopula-  
tur, & demoliri conatur, repente mu-  
tari, nisi diuina potentia. Ut enim ne-  
mo repente fit turpissimus, ita nemo  
repente fit sanctissimus. Ego autem,  
cum uehementissimo ardore incen-  
sus, proficerer Damascum ad per-  
sequendam Ecclesiam , repente mu-  
tatus sum in ministrum Ecclesiæ. Ne-  
cessè igit est me diuina potentia mu-  
tatum esse, & Euangelion diuina re-  
uelatione didicisse. De repentina au-  
tem mutatione Pauli in Apostolum  
uide Act.octauo, quam non comme-  
**Mutatus sum**  
**repente, ergo diuinitus.** morat Paulus prolixè in hac exposi-  
tione, sed tātum breuissimis attingit,  
propterea quod omnibus ubiqz co-  
gnita erat . Utitur autem eodem re-  
pentinæ mutationis argumento etiā  
aliâs

EXPLICAT. IOAN. BRENT.

32

aliâs ad comprobandum, se diuinitus  
mutatum esse, Act. xxij. & xxvi. Vnde  
& aliâs, & hîc quoq; in Galatis ex  
aggerat studium suum in Iudaismo,  
& uehementiam persecutionis. Pro-  
ficiëbâ, inquiens, supra multos equa-  
les in genere meo, cùm uehementer  
essem studiosus paternarû traditio-  
num. Et Philip. iij. Iuxta iustitiâ, quæ  
est in lege, factus irreprehensibilis.  
Deinde supra modum persequebat  
Ecclesiam ac depopulabat illam, us-  
que ad mortem alligans & tradens  
in carcerem, uiros pariter & mulie-  
res. Hæc omnia uidentur uerba ple-  
na tum arrogantiæ tum impudentiæ.  
Sed Paulus toties ea in his locis incul-  
cat, ut significet repentinam mutatio-  
nem tam docti & pertinacis in suâ re-  
ligione non potuisse fieri, nisi diuina  
potentia & reuelatione. Iam & aliâs  
usurpat Paulus hanc gloriationem,  
sed ad alios & alios fines. Philip. iij. ut-  
titur ea, ut probet suo exemplo non

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

esse fidendum carnali iustitia. Ad Timotheum, primo, utitur ea, ut moneat suo exemplo, non esse desperandum in peccatis. Sed reuertemur ad Galatas. Nam, cum ait, Ut prædicarem ipsum inter gentes, occasionem præbet argumēti ducti ab autoritate ministerij seu legationis diuinæ, Videlicet: Ego sum Apostolus diuinitus ad gentes incircūcisas missus, sicut quodam Moses ad Iudeos. Ergo gentes debent Euangelion meum nō ut humanum, sed ut diuinum suscipere. Præterea, his etiam uerbis, Segregauit me ab utero matris, & uocauit per gratiam, perspicue significat ab auctore uocationis, Euangelion suum non esse humanum somnium, sed diuinum oraculum. Adhæc, cum dicit: Continuo non contuli cum carne & sanguine, semen præbet argumentum à sufficienti diuisione. Euangelion, quod statim prædicaui à persecutione, non contuli, nec communicaui cū Apo-

EXPLICAT. IOAN. BREN. 52

Apostolis, nec cum ullo alio homine.  
Necesse igitur est, me accepisse illud  
diuina reuelatione. Habis dialecti-  
cam œconomiam. Nunc uideamus  
obseruationes. Ac primum Paulus  
depopulatus est Ecclesiam, etsi non  
secundum scientiam, magno tamen  
zelo Dei. Nunquid ergo prætextus  
diuini zeli approbat aut extenuat im-  
pietatem? In iudicio quidem huma-  
no sua est piæ opinionis, quæ tamen  
non est secundum scientiam, excusa-  
tio. Sed in iudicio Dei, tanto grauius  
peccatur, quanto plus prætexitur im-  
pietati zelus diuinus. Vbi enim pec-  
catur prætextu diuini zeli, ibi impius  
tanto longius abest à peccati agnitiō  
ne, quanto diuiniorem speciem ha-  
bet impietas, sicut & insanus, tanto  
infirmior est, quanto magis putat se  
sanum esse. Quo autem quis longius  
abest à cognitione peccati, eo longi-  
us abest à uera iusticia, propterea quia  
peccati agnitiō sit primus gradus ad

## IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

iustitiam. Quare qui bono zelo Dei,  
& bona, ut uocant, intētione, peccat,  
quanto maiorem cultum sese Deo  
præstare putat, tanto grauius pecca-  
tum designat. Quid ergo ad Timo-  
theum scribit: Misericordiā adeptus  
sum, quia ignorans feci per incredu-  
litatē. Et Christus: Ignosce illis, quia  
nesciunt quid faciunt. Hæc non dicū-  
tur, quòd ignorantia impietatis &  
prætextus diuini zeli extenuent im-  
pietatem coram Deo, sicut extenuat  
coram hominibus, sed dicūtur quòd  
remissione huius impietatis illustre-  
tur clementia Dei. Nam cùm Paulus  
dicit: Misericordiā adeptus sum, quia  
ignorans feci, perinde est ac si quis di-  
ceret: Liberatus sum clementia Dei  
è periculis, quia non simpliciter peri-  
clitabar, sed uersabar in media mor-  
te. Ita misericordiam adeptus sum,  
quia non simpliciter peccabam, sed  
tanto periculosius peccabam, quan-  
to maiori ignorantia, ut ubi exuber-  
vis

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 33

uit peccatū, ibi magis exuberet gra-  
tia Dei. Deinde, quòd dicit: Segrega-  
vit me ab utero matris meæ, admo-  
net nos diuinæ prædestinationis. Et  
cùm scriptura paßim testatur talem  
esse in Deo prædestinationem, quòd  
elegit, quos uoluerit ad perpetuā  
salutem, antequām iacerentur funda-  
menta mundi, uidēdum est in quem  
usum proponatur nobis prædestina-  
tio Dei. Ac si excutiamus ea loca, in  
quibus fit mentio diuinæ prædestina-  
tionis, perspicue videbimus, prædesti-  
nationem in hoc tantum nobis pro-  
poni, primum ut confirmemus fidu-  
ciam animi nostri in aduersis. Nam si  
curę suimus Deo (sicut uerè fuerunt  
omnes hi, qui in Christum credunt)  
ante constitutionem mundi, quanto  
magis nunc ei curæ sumus, postquā  
non solum mundus conditus est, ue-  
rum etiam nos per filium eius libera-  
ti sumus. Sic Psalmus xxi. Quoniam  
tu es qui extraxisti me de uêtre, spes

Prædestina-  
tionis usus.

E

IN CAP. I. EPIST. AD GAL

mea ab uberibus matris meæ, In te  
projectus sum ex utero: De uentre  
matris meæ Deus meus es tu, ne di-  
scesseris à me. Et Psalm. cxxxviiij. Tu  
possedisti renes meos, suscepisti me  
de utero matris meæ. Et mox: Imper-  
fectum meum uiderunt oculi tui. Et  
Hiere. i. Priusquam te formarē in ut-  
ro noui te, et antequam exires de uul-  
na sanctificauit te, prophetam in gen-  
tibus dedite. Huius dicti hic est sen-  
sus: Capesse uocationem tuam & cō-  
fide. Si enim elegi te in prophetam  
antequam natus esses, quanto magis  
tuebor nūc te in ipso prophetico mi-  
nisterio uersantem. Et Rom. octauo.  
Quos præsciuerat, eosdem & præfi-  
niuit, &c. Deinde proponitur prædi-  
stinatio, ut auferat à nobis opinionē  
meritorum nostrorum, & commen-  
det imperscrutabilem clementiam  
Dei. Sic Rom. ix. Nondum natis pue-  
ris, cùm neque boni quicquam feci-  
sent neque mali, ut secundum electio-  
nem

nem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est, Maior seruiet minori. Et Eph. i. Elegit nos in ipso antequam iacerentur fundamenta mundi. Et hoc loco, Segregauit me ab utero matris. Qui bus omnibus significat spiritus sanctus, q̄ in consequenda salute nulla sunt humana merita, sed tantum diuina gratia. Atq; hoc solū consilio, & in hos tātum usus reuelauit nobis spiritus sanctus prædestinationē. Quare si cui ex prædestinatiōe inciderit uel securitas carnis, & contēptus Dei, uel desperatio, ut ad hūc modū cogitet: Quid opus est multa bona opera facere, aut alia conari; si prædestinatus sum ad uitā, peccata nō oberūt, si ad mortē, bona opera nō proderūt. Viuā igitur pro animi mei libidine. Hæc, inquam, si inciderint, memineris ea esse ipsissimum Satanæ insti-  
tum, & blasphemiam in Deum. Nā quēmadmodum Satanæ consiliuerit

IN CAP. I EPIST. AD GAL.

est, ut reuelatis lege peccatis, coniunctat nos in desperationem salutis, & ut immisis supplicijs sentiamus nos perituros in cruce, cum tamen & Lex data quidem sit, ut reuelet peccata, sed ut cogat nos ad Christum, & crucem immittatur consilio Dei, ut sit organum non salutis, ita consilium Satanæ est, ut opprimat nos cogitatione prædestinationis, quam tamen spiritus sanctus nobis ad confirmandam fiduciam animi in aduersis, & agnoscendam immensam clementiam Dei reuelauit. Estque prædestinatio opponenda tam dubitationi in aduersis, que presumptioni & arrogantiæ humanorum mortitorum. Nam in hunc usum reuelata est prædestinatio. Utendum autem est unaquaque re, iuxta ordinationem Dei, non iuxta nostra, hoc est, humana beneplacita. Quare, qui abutuntur prædestinatione ad desperationem, aut carnalem securitatem, gravissime peccant, ac merito suo pereant.

unt, quod optima re, pessimè ad perniciem suam abutantur. Adhuc, cùm Paulus in hac Epistola præcipue hoc agat, ut detrahatur operibus gloriā me riti, & tribuat eam soli Christo, obserua quam diligenter omnia penè uerba ad commendationem gratuitæ clementiæ Dei per Christū aptet. Dicit enim: Placuit seu uisum est Deo. Contigit ergo mihi salus, non ex mea electione, sed ex beneplacito Dei, hoc est, ex gratuita clementia Dei. Placuit mihi potius persecutio & deuastatio Ecclesiæ. Nullum igitur meū meritum est, nisi si quid uiolentia, crudelitas & impietas mereantur. Item: Segregauit me ab utero matris meę. Ergo non sum meis meritis electus. Itē: Vocauit per gratiam suam. Non igitur propter opera mea, Rom. xi. Præterea cùm ait: Ut reuelaret filium suum per me, commendat externum Ministerij cō ministerium Euāgeliij. Tametsi enim mendacio. nemo reuelat autoritate sua filium,

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

nisi Pater , tamen Pater reuelat per Paulum,hoc est,per externum ministerium Euangelij. Dei, inquit , sumus cooperarij.i.Corinth.ij. Et fecit nos ministros noui Testamenti non literæ sed spiritus.ij.Corinth.ij. Quare & si creamur potentia Christi, tamen non est sentiendum , quod nullus nascatur sine Christo, (nascimur enim in peccato,& sine omni cognitione Christi) sed quod necesse sit, ut reueletur nobis Christus , per externum verbum Dei. Per hoc enim omnes pij fiunt à Deo docti, & cognoscunt Christum, &c.

CONTINVO NON CONTULI  
CVM CARNE ET SANG.

Commoratur adhuc Paulus in ea expositione , qua docet se accepisse Euangelion suum diuinitus , ideoque nullum aliud agnoscēdum esse. Postquam, inquit, reuelatum mihi fuit Euangelion de cœlo , non contuli illud

Illud cum carne & sanguine, hoc est,  
cum ullo homine, imo ne quidem cum  
Apostolis, nec redij tunc Hierosolymam,  
è qua ad Damascum ueneram,  
sed ab ij in Arabiam statim prædicans  
Iesum esse Christum, ac denuo reuer-  
sus sum Damascum. Quid uero post  
reditum ex Arabia actum sit Dama-  
sci, uide in Actis Apostolicis cap. no-  
no. Stupendum autem miraculū est,  
quod Paulus, nullo hominum docto-  
re eruditus, continuo à persecutio-  
ne prædicauerit Euangelion Christi. A-  
lij admirantur, cæcis uisum redditū,  
claudos sanatos, ac mortuos susci-  
tos, hoc certe non minus admirandū  
est miraculum, quod tantus persecu-  
tor, sic ex improviso diuinitus muta-  
tus & edocitus est, ut quam religio-  
nem antè extremo odio & crudelita-  
te persecutus fuerit, eam à nullo ho-  
minum eruditus statim prædictau-  
erit. Dices igitur, Adhiberem & ego  
maiores fidem Euangeli, si mihi tā

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

tis miraculis in cœlo aut paradiſo reuelaretur, quantis Paulo reuelatum fuit. Respondeo: Euangelion reuelatum est Paulo in cœlo, non præcipue propter Paulum ipsum, sed propter Ecclesiam. Raptus enim fuit in cœlū, & Euangelion edictus tanquam publicus legatus, ut non necesse esset singulis priuatim in cœlum consondere, & illic Euangelion discere, sed ut in terris prædicationi Christi, qui de cœlo descendit, & prædicationi Pauli, qui ad cœlum raptus est, fidē adhiberemus. Non enim possemus aliud Euāgelion uel audire uel discere in cœlo, etiamsi in ipsum rapemur, quam illud Euangelion, quod Christus & Paulus docuerunt. Et quemadmodum Abraham ad diuitē in parabola ait: Si Moysi & Prophetis non credunt, nec credent cuiquam ex mortuis resurgentī: ita etiam curiosis illis respondere licet, Si Christo & Paulo non adhibent fidem, certe nec

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 39

nec crederent, etiam si sexcencies ad  
paradisum raperetur. Impietas enim  
semper inuenit, quod prætexat incre-  
dulitati suæ. Sed quid dicemus de A-  
nania, qui missus fuit ad Paulum, ut  
redderet ei uisum, & baptisaret i-  
psum? An non Paulus ab Anania di-  
dicit Euangelion, quemadmodum in  
Actis ca. ix, scriptum est: Saul frater  
(inquit Ananias) Dominus misit me,  
q[uo]d apparuit tibi in uia, qua ueniebas,  
ut uisum recipias, & implearis spiri-  
tu sancto? Ad hæc dicendum est, quod  
Paulus iam edoctus erat Euāgelion  
à Christo, priusquam uenit ad eum  
Ananias. Postquam enim ductus fuit  
in Damascum, iacuit non uidens, ac  
nec edens nec bibens tribus diebus.  
Interea temporis promotus est, ut  
Scholæ loquuntur, in doctorem Euā-  
gelij, ab ipsomet Christo, in Acade-  
mia Paradisi. Postea autem baptisa-  
tus est ab Anania in terris, non ut ab  
Anania disceret Euangelion, sed ut

E ,

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

haberet testimonium uocationis sue,  
& confirmaretur in ea religione, cu-  
ius iam doctor in cœlo effectus fue-  
rat, ac ut confirmaretur etiam autori-  
tas Baptismi. Potuisset enim Paulus  
in cœlo baptisari, sicut illic eruditus  
fuit in Euangelio Christi, sed ut mani-  
festum fieret, baptismum esse cœle-  
ste sacramentum, quo credentes in  
communionem Ecclesiæ reciperen-  
tur, uoluit Christus, ut Paulus in ter-  
ris baptisaretur, ac spiritu sancto im-  
pleretur, hoc est, nouis donis spiritus  
in fide prius edocta confirmaretur.  
Quare sentiamus baptismū non esse  
lusum puerilem aut muliebrem, sed  
sacramentum saluti nostræ utile ac  
necessarium.

DEINDE POST TRES  
ANNOS, &c.

Exhibit & ipsum tempus argu-  
mentum, quo probatur Paulum non  
didicisse Euangelion suum ab Apo-  
stolis,

stolis, sed diuina reuelatione. Docuit enim Paulus tres aut quatuor annos Euangelion priusquam uidisset aliquem ex duodecim Apostolis. Et quanquam redierit Hierosolymam, postquam iam diu docuisset Euangelion, non tamē redijt, ut disceret, sed tantum ut Petrum uideret. Redijt, inquit Hierosolymā ἵστηθαι τε Φον, hoc est, ut uiderem Petrum, & cognoscerem quid ageret, quomodo ualeret, Et māsi cum ipso quindecim diebus. Hoc tam pauco tempore non potuit tanta, & tam recondita discere. Confirmat autem hoc iuramento, Ecce, inquiens, coram Deo non mentior. Hic uides, quo loco habeat mundus prædicatores synceri Euangelij. Paulus tatus uir, qui & in cœlum raptus fuerat, & in nomine Christi multa miracula ediderat, eo adhuc cōtemptu apud homines laborabat, ut ad parādam sibi fidem, & confirmando dicta sua, necesse habuerit iuramento uti.

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

Etsi autem hic contemptus execratione dignus est, tamen afferit Ecclesiam suam utilitatem. Primum enim confirmat ueritatem Euangeli. Homines enim acceperunt initio Euangelion Christi, non permoti autoritate hominum, sed seuerissima dijudicatione doctrinæ, & cœlestibus miraculis. Non in persuasione humanæ sapientiæ, inquit aliás Paulus &c. Prædicamus & hoc tempore Euangelion Christi aduersus impietates Papisticas. Non petimus autem, ut auctoritate nostræ personæ Euangeli credat, sed ut unusquisque ipse dijudicet ac probet doctrinam nostram, & exigit eam ad sacram scripturam. Indicti Abbates maluerunt habere ru des & indoctos alinos, quam doctos monachos, ne ipsis deicerentur. At nunc optandum esset, ut nullus esset concionum auditor, qui non percurrisset totam sacram Scripturam. Sic enim, qui recta fideliter docet,

**EXPLICAT. IOAN. BREN.** 39

docet, multo utilius & iucundius  
doceret. Deinde habes hoc loco exē-  
plum legitimi iuramenti. Nam cùm  
Christus Matth. quinto, dicat; Ne om-  
nino iuretis, non prohibet iuramen-  
ta quæ sunt legitima & ordinaria uo-  
catione, sed quæ sunt priuata teme-  
ritate, & nulla uocatiōe legitima. Sic  
Christus iurauit: Amen dico uobis.  
Sed iurauit publica ministerij autori-  
tate. Sic & Paulus aliās Roma. ix. iu-  
rat, sed legitima necessitate. Nomen  
Domini sanctum est, non igitur licet  
ipsum temere tractare, sed reueren-  
ter & exuocatione.

iuramenti  
legitimi  
exemplum.

**ERAM AVTEM IGNOTVS  
IVXTA FACIEM.)**

Allegat publicum testimonium  
Ecclesiarum in Iudaea, ut hoc argu-  
mento significet se non didicisse Euā-  
gelion suum ab homine, sed diuini-  
tus ab ipso Christo. Iudaicæ, inquit,  
Ecclesiæ glorificabant in me Deum,

IN CAP. I. EPIST. AD GAL.

quod tam mirabiliter me immutasset, ut ex acerrimo persecutore euaserim in strenuissimum concionatorem Euangeli. Testatur ergo Ecclesiarū gratulatio, me non humanitus, sed diuinitus Euangelion edoctum esse. Allegat autem Paulus testimonium Ecclesiarum, non quod sentiat

Ecclesiæ au-  
toritas. autoritatem Ecclesiæ esse supra Euā gelion, hoc est, Ecclesiam posse mu-  
tare Euangelion, & Euangeliō non  
esse credendum, nisi Ecclesiæ illius  
externæ autoritas confirmauerit ip-  
sum: Hoc enim esset diuinam maie-  
statē humanæ libidini subiçere, Sed  
quod sentiat Ecclesiam agnoscere &  
testificari de ueritate Euangeli, ut  
ancilla agnoscit uocem dominæ, &  
seruus sigillum dominisui, & testis  
testificatur de dictis aut factis partiū  
in iudicio litigantium. Deinde habes  
hic quo cultu sancti colendi sint. Glo-  
rificabant, inquit, in me Deum. In san-  
ctis ergo agnoscenda sunt dona Dei,

Sancti colen-  
di quomodo.

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 40

& glorificandus est Deus, ut & no-  
stram fidem erga Deum confirme-  
mus, & sanctorū uirtutes imitemur.

## CAP. II.



EINDE POST AN  
NOS QVATVOR.  
DECIM.)

Perseuerat adhuc  
Paulus in exposi-  
tione sua, qua ostē-  
dit se accepisse Euangelion suum, nō  
ab homine, sed per reuelationem Ie-  
su Christi. Ac primum respondet tā-  
tæ obiectiōi per προκατάληψi seu oc-  
cupationem. Nam cùm antea allegā-  
rit testimonium Ecclesiarum Iudaica-  
rum, posset quispiam dicere: Allegas  
tu quidem Ecclesiarum testimoniuū,  
mallem autem te habere testimoniuū  
Apostolorum. Illæ enim sunt homi-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

nes rudes , & diuinarum rerum ad-  
huc imperiti, hi autem electi sunt a  
Christo, acceperunt spiritum sanctum,  
& sunt Ecclesiarum columnae ac fun-  
damentum, quorum doctrina Chri-  
stus fundauit Ecclesiam suam. Qua-  
re si Euangelion tuum horum testi-  
monio comprobatum esset, iam sine  
omni tergiuersatione crederem. Re-  
spondet Paulus, se non tantum Ec-  
clesiarum, sed etiam Apostolorum te-  
stimonium habere . Post annos, in-  
quit , quatuordecim rursum ascendi  
Hierosolymam . Et ascendi non solus,  
sed ut haberem testes actionum mea-  
rum, ascendi unum cum Barnaba , qui  
erat ex Iudeis circuncisus, assumpto  
etiam Tito , qui erat ex gentibus in-  
circuncisus. Ac ascendi, non priuata  
temeritate, aut necessitate, sed admo-  
nitus diuina reuelatione. Præterea a-  
scendi, non ut aliquid discerem ab A-  
postolis, sed ut conferrem cum illis,  
qui erant Hierosolymis, Euāgelion,  
quod

quod inter gentes prædico, ac præ-  
sertim cum ijs, qui erant in precio,  
hoc est, cum Apostolis. Quid ergo fa-  
ctum est: Declaratum ibi fuit, quod  
intantum non prædicauerim falsum  
Euangelion inter gentes, ut publico  
etiam Apostolorum testimonio do-  
ctrina mea commendata sit. De hac  
profectiōe Pauli ad Hierusalem post  
quatuordecim annos, sunt qui senti-  
unt eam fuisse, quæ scripta est in A-  
ctis cap. decimoquinto, quando Apo-  
stoli publico concilio pronunciant  
gentes non onerandas lēge Mosi.  
Sunt alij, q̄ putant Paulum loqui hoc  
loco, de alia profectiōe, quæ facta  
est longe post cōcilium Hierosolymi-  
tanum, quod in Actis descriptū est.  
Quod etsi uerilimile uidetur, tamen  
quia non est obscurum, quod planè  
idem fuerit argumentum disputatio-  
nis, quod in utraq̄ profectiōe Hie-  
rosolymis agitatum est, nihil nunc de  
hac controuersia dicemus, sed confy-

## IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

derabimus principale negociū, quod tam in concilio Hierosolymitano in Actis cap. decimoquinto descripto, quam in hac profectione Pauli, cuius hīc fit mentio, (si modo diuersae fuerint profectiones) tractatum fuit. Nā cūm Euangelion adnunciaretur inīcio, non tantum Iudæis circuncisis, sed etiam gentibus incircuncisis, & gentes reciperentur à Paulo in communionem Euangeliū seu Christianis, absq; circuncisione, & obseruatione reliquæ Legis Mosi, exorta est grauissima conflictatio de gentibus. Paulus enim & Barnabas docebant incircuncisas gentes, quæ agnoscerent Euangelion Christi, non esse onerādas Lege Mosi, propterea quod ex operib; legis nemo iustificatur. Pharisei autem ad Christianismū conuersti, urgebant obseruationem legis Mosi, non inter Iudeos tantum, sed & inter gentes, & docebant eam esse necessariam ad salutem. Nisi cir-

cuncida-

EXPLICAT. IOAN. BREN.

42

Cuncidamini, inquiunt, non potestis  
salui esse. Ac probant illud exemplo  
Apostolorum, qui & ipsi obserua-  
bant legem. Paulus igitur profectus  
est ad Apostolos & presbyteros Hie-  
rosolymam, non ut aliquid noui di-  
sceret, sed potius ut conferret doctri-  
nam suam cum doctrina Apostolo-  
rum. Et siquidē inueniret eos diuer-  
sum docere, reprehenderet, si autem  
idem, obstrueret ora eorū, qui iacta-  
bant ipsum tot annis Euangelion fru-  
stra docuisse, & temere liberasse gē-  
tes obseruatione legis, propterea q̄  
ad consequendam iustitiam necessa-  
rium sit non solum in Christum cre-  
dere, uerum etiam legem Mosi obser-  
uare. Comperit autem Paulus intan-  
tum abesse, ut Apostoli diuersum do-  
cerent, ut potius publico testimonio  
doctrinam Pauli commendārint, &  
decreuerint gentes non esse oneran-  
das obseruātia legis Mosaicæ. Quod  
decretum maxime omnium huc re-

IN CAP. II EPIST. AD GAL.

spicit, non quod non sint facienda bona opera, & non sit obseruandus decalogus, quantum quidem attinet ad legem moralem seu naturalem, sed quod nullus possit ex meritis illorum bonorum operum coram Deo iustificari, quia quatenus fiunt ab hominibus, sunt imperfecta, & propter carnem infirma. Cum igitur haec causa contineat summum ac præcipuum scopum Christianæ doctrinæ, & maxime ad nos pertineat, quin solum sumus reliquæ gentium, sed etiam fuimus obnoxij humanis traditionibus & doctrinæ meritorum, tanquam Iudaismo, perstringemus paucis argumenta huius causæ, ut ex ipsis cognoscamus, nec nos obnoxios esse uellegi Moysi, uel humanis traditionibus, nisi quatenus hoc spiritus fidei aut caritatis exigat. Ac primū, pseu-  
*Legis obser-  
natio, quate-  
nus abroga-  
ta sit per A-  
postolos.* do apostoli seu Pharisei non simili-  
ter contendebant opera legis esse fa-  
cienda, sed addebat hanc appendi-  
cem,

cem, quod opera legis necessaria es-  
sent ad expianda peccata. Quare si  
gentes uelint consequi salutem, ne-  
cessse habeant obseruare legem. Pau-  
lus autem tam in concionibus quam  
in Epistolis suis longe diuersum pro-  
bat, id est potissimum est praeципuo of-  
ficio Christi, & statu Euangelij de Chri-  
sto. Christus enim satisfecit pro pec-  
catis. Et summa Euangelicae doctri-  
nae est, quod qui credit in Christum  
habeat remissionem peccatorum &  
uitam aeternam. Ergo opera legis ab  
homine facta, non expiant peccata,  
nec merentur remissionem peccato-  
rum. Si autem sunt inutilia ad expia-  
tionem peccatorum, non frustra tan-  
tum, sed etiam impie, si additur op-  
nio meriti remissionis peccatorum,  
obtruduntur gentibus. Sed argumē-  
ta Pauli postea copiose commemora-  
buntur. Deinde Petrus addit in con-  
cilio Hierosolymitano aliam rationē:  
Patres non sunt iustificati propter o-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

pera legis, quia nō potuerunt legem  
perfecte implere, sed iustificati sunt  
per gratiam Christi. Observatio ig-  
tur legis, non est hac opinione obtri-  
denda gentibus, quod opera legis iu-  
stificet. Ad haec addit Petrus manife-  
stum testimonium spiritus sancti. Nā  
ad prædicationem Euāgelij de Chri-  
sto datus est spiritus sanctus incircū-  
cisis gentibus, sicut Apostolis in die  
Pētecostes, Act. x. & iustificatæ sunt  
gentes absq; obseruatione legis. Nō  
est igitur gentibus onus legis impo-  
nendum, ut propter opera eius con-  
sequantur iusticiam. Et hanc Petri ra-  
tione in confirmant Paulus & Barna-  
bas, narrantes quæ Deus edidisset  
signa & prodigia inter gentes peri-  
plos, Vide Act. decimoquinto. Po-  
stremo Iacobus pbat ex Prophetis,  
ac præcipue ex Amos, Gentes non  
esse oneradas lege Mosi, ut propter  
opera eius seu merita operum conse-  
quantur remissionem peccatorum.

Vbicunq;

Vbicunq; enim fit mentio in Prophetis de uocatione gentium, ibi spiritus significat gentes credituras quidem in Christum, sed tamen permansuras in externa sua politia, et non recepturas legem Mosi . Habes Apostolos non solum nihil diuersum ab Euāgeliō Pauli docuisse, uerum etiam de doctrinā eius ueritate publicē testificatos esse. Vnde quibus rationib; gentes liberantur ab obseruatione legis Mosi, ijs multo magis nos liberamur ab obseruatione humanarum traditionum, quæ nō diuinitus, ut lex Mo si, sed humanitus tātum institutæ fuerunt. Dices autem, Si gentes liberantur ab operibus legis, propter hanc causam, quod opera legis non expiant peccata, nec merentur iusticiam, profecto consequitur, non gentes tātum, uerum etiam Iudæos, adeoq; omnes homines eadem ratiōe liberos esse. Et non solum liberos esse ab operibus legis Mosaicæ, sed & ab ope

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

ribus omniū legum, siue naturaliū, siue ciuilium, quia nullū opus ab homine factum tam perfectum est, ut possit expiare peccata. Respondeo, Recte dicens. Fides enim in Christum nō potest ferre, ut maiestas remissionis peccatorum transferatur in opus aliquid humanum, siue naturalis siue positivæ legis. Quare nec Iudæi nec Ethnici debent opera legis ea opinione obseruare, ut mereantur propter ipsa expiationem peccatorum, quia iustificatio contingit nobis propter solum Christum, quem per fidem accipimus. Fides autem non tantum accipit Christum filium Dei, & expiatorem peccatorum nostrorum, sed etiam accipit spiritum sanctum, qui cum non aboleat legem naturalem, sed potius illustrat eam, nec aboleat caritatem in proximum, sed accedit potius eam, exigit obedientiam legis naturalis & caritatem proximi, ut & si, quantum attinet ad unam fidei rationē,

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 49

tionem, liberi sumus ab omnibus legibus, tamen quantum ad alteram si de rationem attinet, obnoxij sumus obedientiae tum legis naturalis, tum legum eius politiae, in qua externam uitam agimus.

ASCENDI IVXTA REVELATIONEM.)

Absolutio est. Nam pseudoapostoli uulgauerant Paulum profectū esse Hierosolymam, ut agnosceret Apostolos, Praeceptores suos in Evangelio. Sed Paulus commemorat multas alias causas profectionis suae. Primum enim profectus est Hierusalē, Iuxta revelationem, hoc est, ut obedi ret mandato spiritus sancti; deinde, ne quo modo inuanum curreret aut cucurisset. Currere autē phrasi Paulina significat officio suo fungi, Philip. ii. Ut gloriari possim quod non in uanum cucurrerim. i. Cor. ix. Sic curro, non quasi in incertū. Et aliās; Cur-

F ,

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

rebatis bene. Item Act. xij. Cūm Io-  
annes impleret cursum suum. Sed  
quid hīc dicemus? Num Paulus, qui  
iam plus minus decē & octo annos  
prædicauerat Euangelion suum, du-  
bitat de ueritate eius, et ascēdit ad A-  
postolos, ut cognoscat ex ipsis, nū ha-  
ctenus uerē, et non falso cucurisset,  
hoc est, Euangelion prædicasset: Mi-  
nimè omnium. Non ascendit Hiero-  
solymam, ut se liberaret dubitatione  
de ueritate Euangeliū sui. Fuit enim  
plerophoria spiritus de Euāgelio suo  
certissimus. Et intantum nihil de ue-  
ritate eius dubitauit, ut etiam angelis  
anathēma adnunciauerit, si quis ipso  
rum aliud Euangelion prædicaret.  
Nec solus Paulus fuit de ueritate E-  
uangelij sui certus, sed exigitur ab o-  
mnibus hominibus, ad ueram salutē  
aspirantibus, ut sint de ueritate reli-  
gionis suæ certissimi. Non amplius,  
ingt Paulus, simus pueri, qui fluctue-  
mus, & circumferamur quoquis uen-

to doctrinę. Deus enim exigit, ut uerbo eius adhibeamus fidem. Quomodo autem adhibebitur fides uerbo, de quo dubitas, utrę sit uerbum Dei, aut uerum. Necesse igitur est, ut de ueritate doctrinæ Religionis certissimi simus, & non sentiamus iuxta referre, siue hanc siue illam religionem sectoris. Sed quomodo, inquis, efficimur certi de ueritate nostrę Christianę religionis? An non et infantes baptisati saluātur, si in infancia moriuntur, & tamen nihil cognoscunt de certitudine nostrae religionis? quid si & ego non ualde de cognitione religionis curarem, sicut puer: Alia est ratio puerorum, alia adulutorum. Pueri nondum possunt prætate quicquam extrinsecus cognoscere, & tamen habent suam cognitionem à spiritu sancto excitatā, quæ et si non patet humanis, patet tamen diuinis oculis. Adulutorum autem uocatio est, ut etiam manifestam habe-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

ant cognitionem ueræ religionis, id-  
que consequuntur diligētissimo stu-  
dio cognoscendæ ueræ religionis, &  
studiosissima collatione aliarum reli-  
gionum cum Euangelio Christi &  
Apostolorum, ac cum tota sacra scri-  
ptura. Nam hoc studium, hæc diligē-  
tia, est organon, quo utitur spiritus  
sanctus ad illuſtrandas mentes no-  
stras, ut certissimè cognoscamus, nul-  
lam aliam esse ueram doctrinam re-  
ligionis, quam eam, quæ est tradita  
scriptis & concionibus Prophetarū  
ac Apostolorum. Gloriati sunt Ethni-  
ci de sua religione aduersus Christia-  
nismum, sed qui tunc uoluit adhibe-  
re studium suum, potuit, autore spiri-  
tu sancto, facile discernere inter uani-  
tatem Gentilitatis & ueritatem Chri-  
stianismi. Gloriātur hoc tempore Iu-  
dæi & Mahumetistæ aduersus Chri-  
stianismum. Et Mahumetistæ affir-  
mant archangelum Gabrielē dicta-  
se Mahumeti suam religionem. Sed

b

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 47

si quis studiose inquirat, inueniet Ma-  
humetem caduco morbo affectum,  
& postea mentitum fuisse, quod ra-  
ptus fuerit in colloquium archange-  
li Gabrielis. Gabriel enim adnuncia-  
uit Zachariæ & Mariæ nativitatem  
Ioannis Baptistæ & Christi, quod ne  
ipsi quidem Mahumetistæ negare  
possunt, si modo agnoscant dictata  
sui Mahumetis. Non potuit autem Ga-  
briel sibi contraria adnunciare & ali-  
am religionem Mahumeti dictare, q̄  
antea Zachariæ & Mariæ adnunca-  
set. Gloriantur etiam Papistæ aduer-  
sus ueritatem Euangeli. Sed ueritas  
eorum manifeste deprehendi potest,  
si quis diligenter ueritatem rei scruta-  
tur. Tantam ne, inquires, diligentia  
exigis ab unoquoq; , ut cogitet tam  
accurate de cognitione uerae religio-  
nis: Deus certe ipse exigit in Decalo-  
go suo hanc diligentiam, dum iubet:  
non esse habendos aut adorandos a-  
lienos deos , Et Christus: Cauete à

IN CAP. II EPIST. AD GAL.

Pseudoprophetis. In hūc. n. usum cō-  
ditis sumus, in hunc usum natis sumus,  
nō ut carni seu uentri seruiamus, sed  
ut Deū cognoscamus, & ueritatē re-  
ligiōis sectemur. Quāto, obsecro, stu-  
dio χρυστος addiscunt manuariū opifi-  
ciū, ut uentrē curēt: multo certe ma-  
iori diligētia addiscenda est ueritas re-  
ligionis, ut animā curemus, quādo il-  
le abolef, ut Paulus ait, hæc autē per-  
petuo cōseruanda est. Quid ergo est,  
quod Paulus hoc loco dicit, Ne quo-  
modo inuanum currerem, aut cucur-  
rissem: Paulus utitur uerbis Pseudo  
apostolorꝝ. Hī enim spargebant Pau-  
lum inuanum currere seu prædicare  
Euangelion. Et est sensus: Ascendi ad  
Hierosolymam, non ut discerem ali-  
quid ab Apostolis, aut dubitarem de  
ueritate Euāgelij mei; sed ut obstrue-  
rem ora Pseudoapostolorum, qui di-  
cebant me frustra prædicare Euan-  
gelion inter gentes, & temere libera-  
re eas obseruatiōe legis, propterea quod  
neces-

EXPLICAT. IOAN. BREN.

necessarium sit, ut uel tandem suscipiant onus legis, si modo salutem cōsequi uoluerint. Sic & hoc tempore, aduersarij sāpe dixerūt, Nos frustra suscipere religionem Euangelij, quia necesse sit nos redire ad uetera & à nobis abolita sacra, cūm uictoriā reportauerit Pontificius exercitus, & coēgerit nos suam sententiam sequi. Nos igitur appellamus ad pia colloquia & legitima ac Christiana Concilia, non quòd dubitemus de ueritate religionis, sed ut publice ostēdamus ex Scripturis, hanc esse ueram & certam religionem, quam nunc prædicamus. Postremo Paulus profectus est Hierusalem propter Ecclesias gentium, ut etiam Apostolorum autoritate conseruantur in pura doctrina Euāgelij, quæ est, quòd remissio peccatorum non contingat propter merita operum, sed propter Christum per fidem. Et hoc est, quod dicit, Ut ueritas Euangelij permaneret apud

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

uos. Habes autē insigne exemplum  
Apostolici affectus erga Ecclesiā.  
Non enim subterfugit Paulus, quo  
minus adnunciārit Ecclesijs omne  
cōsilium Dei, & tueretur ueritatem  
Euangelij, quemadmodum est Act.  
xx. & i. Corinth. xi.

SED NEQVE TITVS, QVI  
MECVM ERAT.)

Probat exemplo Titi, Apostolos  
in suam potius sententiam, quam  
ipsum in Apostolorum sententiam  
cōcessisse. Nisi enim Apostoli appro  
bassent Euangelion Pauli, Titus, qui  
unā cum Paulo ad Hierusalem uene  
rat, & incircensis erat, coactus fu  
isset circuncidi. Nunc autem cū  
circuncisione etiam Apostolorum  
consensu liberatus sit, perspicuū est,  
Apostolos liberare gentes ab onere  
legis. Quid ergo? Num de sola circū  
cisione contentio fuit inter Paulum  
et Pseudoapostolos? Minime omnīā  
Contentio

Contentio enim fuit de tota lege, & allegatur circuncisio exempli tatum gratia, tanquam primarium & prae*ci*puum opus legis, à quo tota lex Mo*si* pendet. Masculus enim, inquit, ciuius præpucij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo. Non fuit autem præcipua contentio, de ipsis externis operibus legis, sed de appendice, quæ operibus legis adiiciebatur, uidelicet, quod opera legis necessaria sint ad expianda peccata, & mereantur remissionē peccatorum & uitam æternam. Hāc appendicem, non ipsum externum opus, dānabat Paulus. De ipso enim per se opere dicit, i. Corinth. viij. Circuncisus aliquis vocatus est, ne accer*sat* præpucium. Et mox: Circuncisio nihil est, & præpucium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. De appendice autem dicit Gal. quinto. Ecce ego Paulus dico uobis, quod si circuncidamini (uidelicet hac opinione,

*In circuncisiōne & alijs operibus legi, quid di- nauerit Paulus.*

IN CAP. II, EPIST. AD GAL.

ut consequamini remissionem peccatorum propter circuncisionem) Christus nihil uobis proderit, Christus factus est uobis ociosus, & excidistis à gratia. Vnde alias Paulus circumcidit Timotheum, Act. decimosexto, quia non addebatur appendix de necessitate & merito operis, Titum autem circumcidí noluit, quia tunc exigeatur circuncisio, ut necessaria ad salutem & meritum remissionis peccatorum. Et hoc est, quod addit: Propter obiter ingressos falsos fratres. Erant enim Pharisei, qui exigeabant, ut Paulus circumcidet Titum, quo ipsi inter gentes gloriari possent, Euangelion Pauli esse falsum, & opera legis esse necessaria ad expiationem peccatorum & consequendam salutem. Etsi autem post reuelatum Euangelion Christi circuncisio per se estopus <sup>ἀδιάφορον</sup>, tamen cum Paulus intelligeret Phariseos impiam appendicem adiucere, ne ad horam quidem cessit,

cessit, ac uicit etiam publico Apostolorum consensu. Non dissimilia ferè exempla habes in Tertulliano de thure in ignem iniiciendo, & apud Nazianzenum in oratione contra Iulianum apostatam. Et memorabilis est historia apud Basiliū de martyre Barlaam. Hic adductus ad altare idolatricum, iussus est thura in igne iniucere, ut sacrificaret idolo. Sed cum recusaret, dextra manus eius super altare ita supinā colligata est, ut uertere posset, retrahere autem non posset. Itaque impositi sunt ardentes carbones unā cum thure in uolā manus eius, ut uehementia ignis cogetur manū uertere, & carbones cum thure in altare effundere, quo uidetur idolo sacrificare. Etsi autem thura incendere per se opus indifferens est, tamen cum hanc haberet appendicem, quod esset argumentum oblationis idolo factæ, maluit Barlaam, ut manus arderent, quam ut uerten-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

do manum & effundendo carbones  
in altare significaret se idolo sacrificare. Quid hac fidei confessione uel for-  
tius uel commendabilius? Discamus  
igitur ex his exemplis, ueram fidem,  
quocunq; modo licet, fortiter confi-  
teri, & in rebus adiaphoris omnia q;  
dem omnibus fieri & per omnia pla-  
cere, si non addatur impia appendix.  
Sic enim infirmitati proximorum ce-  
dere, caritatis est. At si additur impie-  
tas, ibi ne angelis quidem cedendum  
est, & hac in parte pertinacem esse,  
summa est uirtus.

QVIBVS NE AD HORAM  
QVIDEM CESSIMVS.

Videntur & hæc uerba plena ar-  
rogantiæ & pertinaciæ, sed in hoc ne-  
gotio sancta est arrogantia & perti-  
nacia, maledicta autem humilitas &  
obedientia. Distincta enim sunt inter  
se, Deus, & res huius seculi, creator  
& creature. Cum auferuntur a no-  
bis

bis res huius seculi & creaturæ Dei,  
ibitum uiolentia humiliter & obedi-  
enter ferenda est, nec est ad retinen-  
dam creaturam aduersus creatorem  
peccandum. Vnde corpus, uita cor-  
poris, diuitiæ, gloria, & quicquid est  
bonorum huius seculi dimittendum  
potius est, quam inique aduersus De-  
um agendum. Cum uero periclitam-  
ur de Deo, & aduersarij conantur  
nobis Deum ipsum eripere, ibi arro-  
gantia & pertinacia sunt uera obedi-  
entia et humilitas, ac etiā cultus Dei.  
In hoc autem negotio, quod Paulus  
tractabat aduersus Pseudoaposto-  
los, agebatur periculum amitten-  
di Dei creatoris, non rei cuiuspiam  
creatæ. Nam Pseudoapostoli uole-  
bant Ecclesiæ Christi eripere suam li-  
bertatem, & redigere eam in seruitu-  
tem. Num corporalem, minime om-  
nium, sed spiritualem, quod certe ni-  
hil aliud erat, quam auferre ab Eccle-  
sia Christum, et tradere eam Satang.

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

Non enim agebatur, utrum alter de-  
beret alter i seruire in Christo per ca-  
ritatem, quod est omnibus pijs necel-  
sarium, sed agebatur, utrum consci-  
entia deberet sentire se liberatā per  
Christum à peccatis, an liberari à pec-  
catis propter opera legis, seu merita  
operum? Nam Christus uindicauit  
omnes credentes in ipsum ē seruitu-  
te in ueram libertatem, non ut nulli  
hominum seruiamus, sed ut conscien-  
tia sentiat se consequi remissionē pec-  
catorum tantum propter Christum,  
non propter merita operū. Et quōd,  
cūm antea eramus obnoxij morti,  
damnationi & inferno, propter pec-  
catum, liberati simus ab horum iure  
per Christum, non per legem, seu o-  
pera legis. Hæc est libertas consistēs  
in conscientia, nō in externis manib.  
seu humanis officijs. Pseudoapostoli  
autem conabantur conscientiam ite-  
rum redigere in seruitutem merito-  
rum legis, quod era Christum aufet

EXPLICAT. IOAN. BRENT.

re. Quare necessaria fuit Pauli arrogantia & pertinacia, hoc est, constanza, ut Christum retineret atque conseruaret. Deinde Pseudoapostoli ueritatem Euangelij inuertebant & corrumpabant. Prædicabant enim & ipsi Euangelion Christi, sed corrumpebant illud doctrina meritorum, quæ admodum hoc tempore corrumpitur à Papistis. Veritas Euangelij est, quod solus Christus sit expiator peccatorum. Euangelion autem corruptum est, quod Christus passus quidem sit propter peccata nostra, sed nos necesse habeamus etiam nostris operibus mereri remissionem peccatorum. Hoc similiter est C H R I S T V M auferre. Officium igitur Pauli fuit, ut non cederet Pseudoapostolis, sed ut tueretur etiam aduersus Angelos ueritatem Euangelij. Ne ad tempus quidem (inquit) cessimus per subiectionem, ut ueritas Euangelij permaneret apud uos.

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.  
AB HIS AVTEM QVI VIDEBA-  
TVR ALIQUID ESSE.)

Subintelligendum est, Nihil didi-  
ci, uel accepi. Inficiatio est, coniuncta  
cum inuersione. Et est sententia, Apo-  
stoli, quantumuis magni, nihil contu-  
lerunt mihi ad doctrinam Euangeliū,  
quemadmodum nugantur Pseudo-  
apostoli, non elegerunt me in Apo-  
stolum, non docuerunt me Euange-  
lion, nō adiecerunt quicquam Euan-  
gelio meo, non correxerunt, adeoꝝ  
nulla mihi, quantum ad doctrinam  
Euangeliū attinet, mandata dederūt,  
nec agnosco eos in Euangilio præce-  
ptores aut magistros, sed potius ipſi  
e contra agnouerunt me diuinitus e-  
doctum, agnouerunt me diuina &  
cœlesti autoritate Euangelion præ-  
dicare, agnouerunt me in ministerio  
Euangeliū socium & æqualem, com-  
mendauerunt in me gratiam Dei. Et  
instantum non condemnarunt Euan-  
gelion meum, ut hortati etiam sint,

ut quod hactenus fecissem, facere pergerem, uidelicet, ut quemadmodum ipsi præcipue inter Iudæos, ita ego inter gentes Euangelion prædicarem. Hoc tantum non tam præcepunt quam rogarūt me, ut darem operam, quo gentes conferrent eleemosynam afflictis & spoliatis Iudæis ad Christianismum conuersis. Ex his, quæ hoc loco Paulus scribit, diligenter consideranda est generalis illa gnome, Deus personam non accipit. Quid enim dicemus? An non in Psalmis scribitur, Oculi eius in pauperē respiciunt? Et in Esaia: Super quem respiciam nisi ad pauperculum & cōtritum corde? Hoc certe est persona respicere. Videtur & Paulus abuti hac gnoma, ad contemnendos Apostolos, quos tamen maximè obseruare debemus. Sic enim argumētatur: Deus personam non respicit, Ergo non est mihi respicienda aut curanda autoritas & dignitas Apostolorum.

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

Num à simili sic licebit argumentari? Deus non respicit personas, Non igitur agnoscam parentes, nō magistrum, non præceptores, non liberos? Excutiamus ergo quid sit personam respicere. Nam respicere personam non est proprie uel splendorem hominis, uel miseriam hominis simpliciter sibi ob oculos ponere, sed est propter alicuius uel magnitudinem uel paruitatem, uel aliam circumstantiam, siue præclaram siue abiectam, ab officio suo recedere, & iniuste facere. Exempli gratia. Venit diues & potens vir ad iudicium, & habet malam causam. Venit & pauper atq; abiectus, & habet bonam causam. Ecce, diuitiaz, potentia, paupertas & abiectione sunt circumstantiae personarum. Itaque si iudex conyderatione diuitiarum pronunciat causam diuitis iustum esse, que tamen iniusta est, tunc dicitur respicere personas. Primum igitur de Deo scriptum est, quod nō respic

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 14

respiciat personas. Officiū enim Dei  
est, iuxta suum ipsius uerbum, quōd  
seruet eum, qui credit in Christum,  
& bene agit ex fide: condemnet au-  
tem illum, qui non credit in Christū,  
& male agit. Hoc officiū seruat De-  
us erga quoscūq[ue] quarumcunque  
personarum seu facierum. Si quis ab-  
iectissimus omnium fuerit & credi-  
derit in Christū, tunc Deus non abi-  
cit eum propter humilitatem, sed po-  
tius seruat eum propter Christum,  
per fidem. Non enim respicit perso-  
nas. Item, Si quis potentissimus om-  
nium fuerit, & male egerit per incre-  
dulitatem, tunc Deus non seruat eū  
propter maiestatem eius, sed cōdem-  
nat eum propter impietatem. Non  
enim respicit personas. Sic Pharao,  
Saul, Ahab, & aliij impij dānati sunt.  
Hæc gnome prodest tam ad alēdum  
timorem Dei, in p̄eclaris donis & di-  
gnitatibus, quam ad augendam fidu-  
ciam erga Deum, in aduersis & affli-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.  
ctionibus. Deinde exigitur à iudici-  
bus, ut non respiciant personas. In le-  
ge dicitur: Nec pauperis misereberis  
in iudicio. Officium enim iudicis est,  
causam cognoscere, et secundum eam  
ex legibus pronunciare. Ab hoc offi-  
cio non est recedendum propter per-  
sonam, & non est inique iudicandum,  
propter circumstantiam personarum.  
Postremo exigitur ab omnibus, etiā  
priuatibus hominibus, ut non respiciat  
personas, hoc est, ut non recedant ab  
officio suo & iustitia, propter perso-  
narum uel autoritatem uel humilita-  
tem. In externa quidem conuersatio-  
ne hominum obseruandum est discri-  
men personarum, & unicuique suum  
est tribuendum. Magistratui, paren-  
tibus, liberis, amicis tribuendum est,  
quod debemus, cui honorem, hono-  
rem, cui curam, curam, cui benevolē-  
tiam, benevolentiam. In spirituali au-  
tem uita coram Deo, nulla plane per-  
sona, imō ne angelus quidem ita re-  
spicien-

spiciendus est, ut propter personam  
hominis aut angeli recederemus ab  
officio nostro, & peccaremus aduer-  
sus Deum. Petrus ait: Magis est obe-  
diendum Deo, quam hominibus. Et  
Christus, Quisquis amauerit patrem  
aut matrem plus quam me, non est me  
dignus. Præterea hoc loco uocatur  
Petrus Apostolus Iudæorum, non quia  
non prædicauerit Euangelion genti-  
bus, quia adnunciauit etiam gentibus  
Euangelion, Acto. x. & habuit man-  
datum eundi in totum orbem terræ,  
Sed quod maximè omnium inter Iu-  
dæos tantisper uersatus sit, dum licet  
sit ei libere inter Iudæos uersari. Pau-  
lus autem dicitur Apostolus gentium,  
non quod non etiā Iudæis prædicauerit,  
sed quod maxima ex parte ministe-  
rij sui uersatus sit inter gentes. Por-  
rò, cùm dicitur: Qui fuit efficax Pe-  
tro ad Apostolatum, commendatur  
autoritas externi ministerij Euange-  
lij, uidelicet, quod spiritus sanctus sit

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

efficax per illud ad salutem omni cre-  
denti. Vocantur & hoc loco Aposto-  
*Ecclesiæ fundamen-* li columnæ Ecclesiæ , non quod Ec-  
clesia fundata sit personis, sed doctri-  
*Ephes. 2.* na eorum. Sic & in Ephesijs dicūtur  
fundamētum. Et Christus ait : Super  
hanc Petram, hoc est, super hoc mini-  
sterium, super hanc doctrinam ædifi-  
cabo Ecclesiæ meam Est & hoc ob-  
seruandum, quod Apostoli agnoscūt  
gratiam Paulo datam, & dant ei dex-  
tras societatis, quo perspicue signifi-  
catur Apostolos, quod ad ministeriū  
attinet, esse inter se æquales, nec alte-  
rum superare alterum autoritate mi-  
nisterij . Vana est igit̄ gloriatio eius,  
qui iactat se unum & solum esse ca-  
put Ecclesiæ & uicarium Christi. Ad  
hæc, ad officium Apostolorum perti-  
net non tantum prædicare Euange-  
lion, sed etiam habere curam paupe-  
rum, tum priuatam, tum etiam pu-  
blicam. De cura Pauli erga paupe-  
res vide Roman, decimoquinto, i. Co-  
rinth.

EXPLICAT. IOAN. BRENT.

50

rinthiorum decimosexto, & ij. Co-  
rinth, octauo, nono.

CVM AVTEM VENISSET PE-  
TRVS ANTIOCHIAM)

Recitat Paulus aliam rem inter se  
& Petrum, ac alios quosdam Antio-  
chiae gestam, ex qua probat se doctri-  
nam Euangeliū sui instantum non ac-  
cepisse ab hominibus, ac ne ab Apo-  
stolis quidem, ut etiam Petrum præ-  
cipuum inter Apostolos, cùm non re-  
cta ad ueritatem Euāgeliū incederet,  
publice reprehēderit, ac Petrus ipsi,  
non ipse Petro cesserit. Est autē hæc  
narratio parasceue, qua præparat si-  
bi Paulus aditum ad Assumptionē,  
seu Minorem propositionem syllo-  
gisimi huius Epistolæ. Hæc uero res  
sic se habuit. Petrus recte sensit, ac do-  
cuit, quod gentes non sint onerandæ  
obseruatione legis Mosaicæ, nec pos-  
sit homo iustificari ex meritis operū,  
quemadmodum perspicua concione

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

exponit in concilio Hierosolymitano  
Act. decimoquinto. Et ex hac cogni-  
tiōe, usus est, cūm uenisset ad Antio-  
chiam, consuetudine gentium, in re-  
bus prohibitis quidē lege Moſī, per  
ſe autem ἀναφέροις, uidelicet in cibis,  
& familiari conuictu. Sed cūm quidā  
Iudæi Hierosolymitani ad Christiani-  
ſum conuerſi, uenissent legati à Ia-  
cobo ad Antiochiam, ibi tum Petrus  
meticulosior quām par erat, subdu-  
xit ſe à gentium, qui tamen Christia-  
ni erant, conuictu, ne uideretur Iude-  
is liberare gētes ab obſeruatione Mo-

Petrus repreſaicæ legis. Paulus ergo reprehendit  
hensus fuit, Petrū, ac restitit ei κατὰ πρόσωπον, hoc  
hoc eſt, Reſt eſt, palam, coram, publice, non autē  
prehensibilis κατὰ χῆμα, hoc eſt, ſecundum ſpeciem,  
ſicut dicimus quemadmodum interpretatur Chry-  
ſostomus, qui existimat Paulū ſimu-  
laſſe tantum reprehensionem, non  
autem uere Petrum reprehendiffe.  
Itaq; Petrus non errauit quidem in  
ſententia & doctrina ueri Euangelii,  
quia

quia sensit gentes non esse onerandas lege Mosi, & merita operum nō iustificare hominem, sed peccauit nimia indulgentia, & simulatione, qua pertinacibus Iudæis ad Christianismum conuersis obsecutus est. Etsi enim hoc Petri factum uidetur per se indifferens, quia & Paulus cum Iudæis uiuebat Iudaice: Factus sum, inquit, omnia omnibus. Et in Act. cap. uigesimo primo, purificatur cum his qui habebant super se uotum, tamen importune, & non suo tempore factum, fuisse causa maximorum malorum, nisi Paulus restitisset & reprehendisset. Primum enim Petrus hac simulatione confirmasset hypocritas Iudæos in sua impietate, quod opera legis seu merita operum esset necessaria ad iustificationē. Hoc certe est abolere Euangelion & occasio nem dare abiiciendi Christi. Dixisset enim hypocritæ: Ecce Petrus præci-  
pus Apostolus, non uult gentiliter

## IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

cum gentibus uiuere . Ergo necesse  
est, ut gentes siant Iudæi, si uolunt es-  
se participes Euangelij . Deinde Pe-  
trus fuisset autor , quod gentes non  
essent receptæ in communionem E-  
uangelij , nisi suscepissent iugum le-  
gis Mosaicæ . Itaq; omnes Christiani  
coacti fuissent fieri Iudæi . Quod cer-  
te nihil aliud fuit , quam occasionem  
dare deuastandæ totius Ecclesiæ , &  
abolendi Euangelij Christi . Quare  
merito accusatur Petrus à Paulo , q  
etsi recte cognoscit Euangelion , non  
tamē recte incedat ad ueritatem Eu-  
angelij . Ac uides in hoc loco non es-  
se controuersiam de asini , quod aiunt ,  
prospectu , sed de summo statu Chri-  
stianismi , atq; hac Petri simulatione ,  
totam Ecclesiæ in extremo pericu-  
lo uersari . In hac autem historia mul-  
ta ueniunt obseruanda . Initio , habe-  
mus in Petro exemplum infirmitatis  
sanctorum . Etsi enim Petrus accepit  
spiritum sanctum , edidit multa mira-  
cula ,

## EXPLICAT. IOAN. BREN.

58

cula, liberatus fuit è carcere per ange-  
lum, admonitus fuit cœlesti uisione,  
ut gentibus concionaretur Euange-  
lion, ac uidit ipse ex miraculo spiritus  
sancti, Act. x, q̄ Deus agnosceret gē-  
tes tantum per fidem, absque operi-  
bus legis: deniq̄ definiuit perspicue  
in concilio Hierosolymitano, Gentes  
non esse onerandas lege Mosi, & me-  
rita operum legis non iustificare ho-  
minem, tamen nunc tam incogitāter  
cedit pertinacibus Iudæis, ut quantū  
in ipso est, dederit occasiōne pereun-  
dæ totius Ecclesiæ. Hæc certe magna  
est incogitātia, magnum peccatum.  
Recitatur autem nobis, non ut blan-  
diamur nobis propter errata sancto-  
rum, aut excusemus præfracte no-  
stra peccata, sanctorum peccatis, &  
pergamus peccare, sed ut iudicio  
Dei propter peccata reprehensi, nō  
desperemus. Sanctorum enim pecca-  
ta non docent nos peccare, sed do-  
cent nos reliquam adhuc esse spem

H 2

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

salutis post peccata, ut resipiscamus. Paulus dicit: Misericordiam cōsequutus sum, ut in me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam ad exprimendum exemplar his, qui credituri essent in ipso in uitam æternam. Deinde quemadmodum Paulus supra dixit, quod ne angelo quidem cedendum est, si aliud Euangelion prēdicauerit, ita nunc docemur, quod ne Apostolo quidem cedendum est, si adnunciauerit aliud Euangelion, quam quod à Christo reuelatum & confirmatum, atque ab Apostolis inicio prædicatum est. Christus enim omnino exigit, ut hoc Euangelion conseruemus, quod in die Pentecostes maximis miraculis cōfirmatum, & prēdicari cōceptum est, sicut habes Act. ii. Præterea uides in Paulo memorabilem uirtutem. Pseudoapostoli reprehendebant Paulum, ac detestabant ei non corām, sed clām & in angulis, absente ipso. Sic & alij homines,

2. Timoth. 1.

nes, susurrones, solent proximos suos clam infamare. Paulus autem non detrahit Petro clam, sed cum uideret ipsum esse reprehensibilem, & peccatum eius esse intolerabile Ecclesiæ, arguit eum in faciem & coram. Hæc est ingenua uirtus. Nam quem admodum hi sunt sordidi & ignavi animi, qui alterum adorunt gladio a tergo, fortis autem iudicantur, qui hostem aperto marte petunt, sic qui clam de proximo male loquuntur, dant significationem formidolosissimi animi: qui autem habent honestum animum, hi si res ipsa exigit, in faciem seu coram reprehendunt, quod reprehensu necessarium est. Loquimur autem de his quorum interest alterum reprehendere, non de illis qui sine uocatione legitima usurpant sibi officium reprehendendi temere. Nam clâculariæ detractiones prohibitæ sunt in hoc præcepto, Non occidas. Est & in Petro obseruanda modestia, quod

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

patienter ferat reprehensionem Pauli. Deinde, quod & Barnabas, & multi alii abducantur exemplo Petri in simulationem, & peccent cum Petro, monet nos, quam facilè hi decipi-antur, qui personas respiciunt. Sed non est prætereundum, quod cum Paulus de Barnaba & alijs loquitur, dicit, ονυματεις θρονος (hoc est) simula-bant una cum illo. Manifeste igitur vocat Petrum, hypocritam. Quam male uero audiant hypocritæ in scri-  
ptura, manifestum est. Vocantur & Barnabas & alii, hypocritæ, qui ex-  
emplo & autoritate personæ Petri pec-  
cat. Quare, ne alieno exemplo pecce-  
mus, néue fallamur, debemus respi-  
cere in solum uerbum Dei, non in  
personas & exempla sanctorum. Ju-  
dæi respexerunt in personam Abra-  
ham, & factisunt homicidæ liberorū  
suorum. Monachi respexerūt in per-  
sonam quorundam piorum eremita-  
rum, & factisunt non supersticioſi-  
tantum,

tatum, sed etiam impij. Quare unusquisq; ponat sibi ob oculos uerbum Dei, & suam uocationem, ne aliena autoritas perstringat sibi oculos, & abducat in errorē. Postremō, admonemur etiam exemplo Pauli, ut omnia alia relinquamus, modo cōseruemus Christum & ueritatem Euangelij eius. Petrus maluit hoc loco relinquere patrocínium ueritatis, quam suscipere odia quædam Iudæorum suorum hypocritarum. Sic alijs homines solent facillime relinquere Christum, & Euangelion eius in periculo. Si quid autem bonorum exterritorum in periculū uenerit, ibi sunt fortissimi, nec quicquam relinquere uolunt. Paulus autem alijs quidem in rebus patientissimus est, & facile fert, ut auferatur gloria nominis sui, & etiam uita. Sed ferre non potest, ut doctrina Christi obscuretur, & ueritas Euangelijs opprimatur. Atq; hoc est, quod dicunt Christum sensisse, cùm

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

ad Apostolos ait; Estote prudentes sicut serpentes , & simplices sicut columbae. Aliunt serpentes totum corpus obiectare percussori , tantum ut caput defendant. Columbas autem esse sine felle sine ira. Sic & nos debemus omnia alia relinquere , tantum ut seruemus caput nostrum , quod est Christus , & omnia aduersa a quo animo ferre.

NOS NATVRA IVDAEI, ET  
NON EX GENTIBVS  
PECCATORES.)

Etsi haec ita recitantur, perinde ac si dicta essent à Paulo ad Petrum, in Antiochena illa reprehensione, ac uestrisimile est huiusmodi quidpiam Petro fuisse coram obiectum , tamen quia Paulus ingreditur hac occasione ad argumentationem, qua confirmat doctrinam de iusticia fidei , nos constituemus hic alteram partem huius Epistolæ. Itaque, cùm Paulus inicio proposuit, nullum aliud Euangelion audien-

EXPLICAT. IOAN. BREN. 51

audiendum esse, præter id, quod prædicauerit, ac cōfirmauit hanc propositionem perpetua expositione suæ uocationis, in qua expositione sparrit multorum argumentorum semi-na, pro ut fieri solet in expositione. Sequitur nunc, quod fœlix faustumque sit, Assumptio, seu ea quam uocant minorem syllogismi propositiōnem, uidelicet, quod sit illud Euangelion quod Paulus docuit & prædicauit. Si quis aliud, inquit, Euangelion prædicauerit, præter id quod prædicauimus, anathema sit. Quod ergo est illud Euangelion? Hoc uidelicet, quod gentes non iustificetur ex operibus legis, sed tantum per fidem Iesu Christi. Hanc assumptionem probat nunc Paulus uarijs argumentis, usq; ad quintum Epistolæ caput. Sed priusquam uel uerba huius assumptionis, uel argumenta probationis explicemus, corrigēda est cogitatio illorum, qui admirari solent, qui fiat,

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

quod uel Paulus, uel nos, qui hoc tempore prædicamus Euangelion Christi, tam frequenter, tanq; sollicite inculcemus, repetamus & iteremus doctrinam de iustitia fidei, qua doceatur, quod nullus hominum iustificetur ex meritis honorum operum. Quid enim necesse est, rem toties explicatam, iterum tractare? Et hoc tempore, etiā periculose uidetur, hanc doctrinam frequenter meminisse. Tanta enim est uulgilicentia, ut bona opera magis sint ornanda, quam contemptim exagitanda. Nec periculum uidetur, ut fidamus meritis operum nostrorum, quia paucissimi sunt, qui bona opera faciunt, & talem agimus uitā, ut etiamsi bona opera merecentur gratiam Dei, tamen nulla essent merita nostra, quia nulla penē habemus bona opera. Quid ergo opus est, ut tam sollicite doceat, quod iustitia non sit ex meritis nostrorum honorum operum? Respōdeo. Nos certe

EXPLICAT. IOAN. BREN.

Certe idem conquerimur, quod maxima eaque effrenis sit licentia vulgi, & paucissimi faciant bona opera, nihilominus tamen necessarium est, ut doctrina de iustitia fidei semper in ecclesia perspicue tractetur. Homines enim natura ita affecti sunt, ut nihil gratis uelint a Deo accipere, sed suis operibus, atque iustitia mereri, si quid accepturi sint. Nam, quemadmodum in politica uita, hi qui honestiori ingenio praediti uidentur, arrogantiores sunt, quam ut gratia, pro mendicorum more, accipiunt eleemosynam aut panem a uicino, propter Deum, ut uocant. Ita in spirituali uita, homines natura sunt superiores, quam ut sine meritis eleemosynam a Deo accipere cupiant. Ac illud quidem in politica uita, honestas esse potest, si reliqua uitia absuerint, propterea quod mendicare, praeter necessitatem, sit quodammodo furari, & aliena rapere. Ac laborandum

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

quidē est , ne cuiquam grauis & mo-  
lestus sis , necessitas autem uel mor-  
bi , uel aliarum legitimarū rerum ex-  
cusat mendicitatem . Sed in spirituali  
uita , uere sumus coram Deo mendi-  
ci , & res nostræ in eo statu sunt , ut  
non possimus meritis nostris grati-  
am Dei cōsequi . Quare diabolica est  
arrogantia , quòd nihil uelimus gra-  
tis à Deo accipere , sed omnia mereri ,  
hoc est , quod uelimus nobis ipsis De-  
us esse . Hoc illud est , quod in Ada-  
mo adhuc in Paradiso incepit , & in-  
de propagatum est in omnes homi-  
nes . Nam , cùm Adam accepisset præ-  
ceptum de non uescendo fructu lig-  
niscientiæ boni & mali , & Satan di-  
xisset , Quocunq; die comederitis , a-  
perientur oculi uestri , & eritis sicut  
di; , scientes bonum & malum , dele-  
ctatus est Adam tanta maiestate , &  
cupiens sibi ipsi Deus esse , ne quid  
gratis ab alio Deo acciperet , come-  
dit . Ex eo tempore propagatum est  
hoc

hoc malū in omnes homines, ut iam  
natura cupiant seipsoſ suis meritiſ iu-  
uare, hoc eſt, ſibi pſiſ eſſe dij . Vnde  
& Cain obtulit de fructib⁹ terræ  
Domino, non ut confirmaret fidem  
ſuam, qua gratis acciperet ſalutem à  
Domino per misericordiā, ſed ut me-  
rere tur iuſticia ſua ſalutem, hoc eſt,  
ut ſibi pſiſ eſſet deus . Et ex hac im-  
pietate ortæ ſunt poſtea tam diuersæ  
religiones, Gentium, hypocritarum,  
Pharifeorum, Papistarum, Monacho-  
rum, Turcarum. Natura igitur afferi-  
muſ nobifcum in hanc terram, Caini-  
cam & monaſticā religionem. Quæ  
cūm ſit impiissima, & pernicioſa, nec  
poſſit retundi ac refutari, niſi doctri-  
na Euangelij de Iefu Christo, idcirco  
neceſſarium eſt, ut doctrina de iuſti-  
cia fidei ſemper in Eccleſia inculce-  
tur. Accedit huc, quod eti uulgo in  
magna licētia uiuit, tamen ex uulgo  
colligit Christus Eccleſiam ſuam, &  
ſunt ex uulgo, qui relipſicunt, ac fiūt

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

membra Ecclesiæ. Nō potest autem uera fieri resipiscentia, nisi per doctrinam de iustitia fidei. Periculose quidem doceſt de iustitia fidei inter præfractos, & contemptores religionis, Sed propter ea pericula, non est fraudanda Ecclesia doctrina sibi ad salutem necessaria. Periculose etiam crescit uinum, quia homines fiunt ex uino ebrij. Nihilominus tamen Deus creat uinum, quia si eo recte utimur salubre est. Periculose fabricatur gladij, quia alter in alterum grassatur, at tamen propter periculum, res ad defensionem fabricatu necessaria, non est intermittēda. Quare, cūm doctrina fidei sit Ecclesiæ ad salutē necessaria, nec quisquā possit uere ad Deū conuerti sine hac doctrina, merito semper debet primas partes in Ecclesia habere. Deinde uidendum erit, quomodo hoc quod dicitur, Gentes non iustificari ex operibus legis, intelligi debeat. Ac primū dicamus de uoca

## EXPLICAT. IOAN. BREN.

64

Vocabulo legis. Nam hoc loco per legem non intelligenda tantum est lex ceremonialis; Sunt enim, qui dicunt, opera quidem legis ceremonialis non iustificare hominem, sed opera legis moralis conferre iustitiam. Exempli gratia. Si quis offert bouē, hoc opus dicunt non iustificare hominem, aut si quis circunciditur. Sed si quis pauperem iuuet eleemosyna, hoc opus dicunt esse meritum, & iustitiam coram Deo. At uero Paulus comprehendit vocabulo legis totam legem, quemadmodum in Epistola ad Romanos comprobatum est. Nullum enim opus legis siue moralis siue ceremonialis iustificat coram Deo, quia nullum opus potest a nobis ea perfectione & integritate fieri, qua nobis a Deo praecepitur. Omnia nostra bona opera sunt imperfecta & uitiosa, Non possunt igitur iustificare. Libet hoc loco commemorare testimonium Augustini, ut perspicuum fiat, quod

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

hi, qui in hac disputatione de iustifica-  
tione hominis, intelligunt nomine le-  
gis, tantum ceremonialem & iudicia-  
lem partem legis, obtrudant Eccle-  
siæ Christi noua sua somnia & com-  
menta, pro uera sententia spiritus  
sancti. Sic autem scribit Augusti. Epi-  
stola cc. Non solum autem illa opera  
legis, quæ sunt in ueteribus sacramē-  
tis, & nūc reuelato Testamento no-  
uo non obseruantur à Christianis, si-  
cut est circuncisio præpucij, & sabba-  
ti carnis uacatio, & à quibusdam  
escis abstinentia, & pecorum in sacri-  
ficijs immolatio, & Neomenia & A-  
zymum, & cætera huiusmodi, uerū  
etiam illud quod in lege dictum est,  
Non cōcupisces, quod utiq; & Chri-  
stianus nullus ambigit esse dicendū,  
nō iustificat hominem nisi per fidem  
Iesu Christi, & gratiā per Iesum Chri-  
stum Dominum nostrum. Et in libro  
de spiritu & litera cap. xiiij. & xiiiij.  
His conſyderatis pertractatisq; pro-  
uiribus,

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 8;

uiribus, quas Dominus donare dignat, colligimus non iustificari hominem præceptis bonæ uitæ, nisi per fidem Iesu Christi, hoc est, non lege operum, sed lege fidei; non litera, sed spiritu; nō factorum meritis, sed gratuita gratia. Quamuis itaq; illos, qui bus circuncisio persuadebat, ita corrumpere atq; corrigere uideatur Apostolus, ut legis nomine eandem circumsionem appelle, cæterasq; eiusmodi legis obseruationes, quas tāquam umbras futuri iam nunc respuunt Christiani, id tenentes, quod per illas umbras figurate promittebatur, tamen legem, ex qua neminem dicit iustificari, non tantum in illis sacramentis, quæ habuerunt promissiuas figuratas, uerum etiam in illis operibus uult intelligi, quæ quisquis fecerit, iuste uuit, ubi est & illud, Non concupisces. Hactenus Augustinus, cuius testimonio manifestum est, quod Paulus nomine legis in hac disputatione nō

IN CAP. II EPIST. AD GAL.

tantum intelligat ceremonialem, sed etiam moralē. Deinde, cūm dicitur: Gentes non iustificari ex operibus legis, non est intelligendum, quod bona opera, quae sunt moralia, aut quae sunt naturalis legis, non sunt facienda. Omnino enim lex naturalis facienda est, & qui eam non sectatur, is impius est, & infideli deterior. Sed intelligendum est, quod merita nostrorum operum non constent in iudicio Dei, nec liberent nos à sententia condemnationis. Itaque facienda quidem sunt opera legis naturalis, sed non est sentiendum, quod ea seruent nos in morte, ne pereamus, & quod liberet nos coram tribunalī Dei. Nam in iudicio Dei alia iusticia habenda est, uidelicet iustitia Christi, quae est perfecta, & accipitur per fidem. His ita præmissis, uideamus nunc argumenta, quibus Paulus probat, Gentes non iustificari ex operibus legis, ideoque non debere onerari Mosaica lege.

Ac

Ac primum probat illud suo & aliorum Apostolorum, ac piorū, qui ex Iudaismo ad Christianismum conuerterantur, exemplo. Nos, inquit, natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Quod dicit, hanc habet sententiam. Et si nos Apostoli non sumus tales peccatores, quales sunt gentes, ab infantia idolatræ, & manifeste impij, sed sumus ab ineunte etate circūcisi, subditi legis, & studiosi pietatis, non tamen iustificati sumus propter opera legis, & propter studium pietatis nostrę in lege, sed necesse habuimus conuerti ad Christum, & credere in Christum, ut iustificaremur, seu iusti reputaremur coram Deo proper Christū, quem fide accepimus. Multo igitur minus Gentes possunt iustificari ex operibus legis, si iam primum, post tanta scelera & impietas, legem Mosi faciendam suscipiantur, Sed necesse habent & ipsi iustitiam suam ē Christo per fidem accipere.

*Argumētum à maiori: si  
nō Iudei, ergo nec gētes  
possunt ex  
operibus legis iustifica-  
ri.*

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

Hoc est argumentum Pauli ab exemplo Apostolorum, & aliorum priorum Iudeorum dictum, quod potest in duo enthymemata diuidi.

Alterum est negatiuum.

Nos Apostoli non sumus iustificati ex operibus legis. Ergo nec gentes iustificantur ex operibus legis.

Alterum est affirmatiuum.

Nos Apostoli iustificati sumus per fidem Iesu Christi. Ergo gentes iustificantur etiam per fidem Iesu Christi.

Quod autem Apostoli non sint iustificati propter opera legis, significat Paulus suo ipsius exemplo, per spiculam in i. Corinth. decimoquinto, Quid & nos, inquit, periclitamur omni tempore? Et, Indies morior per nostram gloriationem, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. Sicut cunctum hominem, cum bestiis depugnauit, quae mihi utilitas? Nam si Paulus & alij Apostoli habuissent iusticiam

EXPLICAT. IOAN. BRENT.

stitiam ex operibus legis, quid necesse fuisset, ut ad Christum conuerteretur? ut tot pericula propter Christū adirent? ut etiam morti se propter Christum exponerent? Hæc certe fuisset summa stultitia, si iustitia esset ex meritis operum. Etiā Petrus ipse in Actis dicit, Patres iustificatos per gratiam Christi. Ergo si ex operibus esset iustitia, cur in Christum credidissent? Deinde Paulus probat etiam hoc, ex generali sententia. Non iustificatur ex operibus legis omnis caro. Hanc sententiam sumpsit Paulus ē Psal. cxxxxij. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et si enim Paulus addit (ex operibus legis) idem tamen manet huius dicti sensus, tam apud Paulū, quam apud Dauidem. Quod enim Dauid generaliter extulit, hoc Paulus accommodat ad suum institutum de operibus legis. Non intres (inquit Dauid) in iu-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

dicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Nullus homo quicquam habet ex se meriti, quo coram Deo iustificetur. Videamus ergo de rebus Dauidis. Primum, Dauid habuit legem, & sectatus est legem ab infantia, Circumcisus est, obtulit multa holocausta. Et tamen petit Dauid, ut Deus non intret cum ipso & his operibus in iudicium. Deinde, Dauid multa aduersa passus est, tam a fratribus suis, quam a Saule, idq; iniquissime. Et tamen petit, ut nec Deus cum his passionibus intret in iudicium. Adhæc, Dauid multis habuit uirtutes, Remisit iram, Cōdonauit alijs delicta, defendit innocētes, & tamen etiam has uirtutes non audet adducere ad iudicium Dei. Deinde, Dauid gubernauit imperium suum longe omnium optime, & tamen non audet hac gubernatione coram Deo fidere. Præterea Dauid habuit donum spiritus sancti, et multis prophecias

Propheciás edidit , ac multos optimos Psalmos condidit,& tamen nec his spiritus sancti donis confidit se in iudicio Dei constare. Postremo,multa edidit miracula,i. Reg. decimo septimo, Leonē & ursum occidit , Goliathem prostrauit. Hæc fuerunt insignia miracula . Et tamen post omnia ista petit,ut Deus nō intret cum ipso in iudicium,quod nihil ex his sit, propter quod homo coram Deo iustificetur . Vides nunc perspicue, Paulū accommodare ad unum, & suo proposito conueniens genus operum, ui delicit ad opera legis , quod David de omnibus omnium uocationum operibus, uirtutibus , donis & miraculis intelligit. Nam quemadmodum Paulus dicit opera legis non iustifica re, ita iuxta Dauidem , immo iuxta totius scripturæ sensum,nec donum sapientiae,nec uirtutes morales,nec donum prophetiae,nec donum miraculorum , iustificat coram Deo. Et sem

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

per cum Davide dicendum est: Non  
intres in iudicium cum seruo tuo, quia  
non iustificatur in conspectu tuo o-  
mnis uiuens. Quid ergo est, inquis,  
quod opera legis, seu etiam dona &  
virtutes aliae non iustificantur? Num ui-  
tium est in ipsa lege, quod non suffi-  
cienter doceat bona opera? Nequa-  
quam, uitium non est in lege, quippe  
que omnia bona opera perfectissime  
docet, & diligentissime exigit. Quid  
enim potest perfectius praeципi &  
exigi quam quod dicitur, Diliges Do-  
minum Deum tuum ex toto corde,  
& ex tota anima tua, & ex tota forti-  
tudine tua, Et proximum sicut te-  
ipsum? Vitium igitur non est in pre-  
cepto legis, sed uitium est in homine  
& obedientia eius. Quod enim lex  
perfectissime docet ac praecepit, hoc  
homo non potest perfecte facere &  
implere. Paulus ait Ro. octavo, Lex  
imbecillis est per carnem. Per se qui-  
dem fortis est, & perfecta, sed fit im-  
becillis

EXPLICAT. IOAN. BRENT.

beccillis per hominem, quia homo nō facit opera legis perfecte. Et mox. Af fectus carnis inimicitia est aduersus Deum. Nam legi Dei non subditur, siquidem ne potest quidem. Nam ho mo contaminatus est peccato origi nali, quod remittitur quidem in ba ptismo, reatu, manet tamen actu: & quia homo affert hoc peccatum ad omnia bona opera legis, ad omnes virtutes, ad omnes passiones, ad omnia dona, & ad omnes actiones suas, ideo omnia contaminat, & facit for dere in cōspectu Dei. Nihil igitur est in toto homine, quod possit in iudi cō Dei constare. Habes primum ar gumentum, quo Paulus probat Gen tes non iustificari ex operibus legis. Et est idem cum eo argumēto, quod Paulus tractat in Epistola ad Roma, cap. ij, ubi docet omnes homines tam Iudaeos quam gētes esse peccatores.

QVOD SI DVM QVAERIMVS  
(IVSTIFICARI.)

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

Secundum argumentum ducitur ab officio Christi. Christus non est minister peccati, sed iustitiae. Si autem hi, qui querunt iustitiam in Christo, adhuc sunt peccatores, Christus certe minister est peccati. Itaque non esset minister iustitiae. Ut hoc argumentum recte intelligamus, cognoscendum est ex Prophetis uerum officium Messiae seu Christi. Tametsi enim data fuit lex, quae perfectam iustitiam doceret, tamen sentiebant sancti, quod nullus potuerit eam praestare, & per opera eius sanctificari. Quare spiritus sanctus proposuit Messiam, qui sit populum suum liberaturus ab omnibus malis. Ac carnales quidem intellexerunt eam liberationem fore carnalem, & Messiam dominaturum in hoc mundo corporaliter, ut libarentur ab omnibus externis malis. Spirituales autem & uerè p̄ij non ingemuerūt præcipue propter corporales afflictiones, sed maxime omniū propter

Christi  
officium.

EXPLICAT. IOAN. BREN.

propter afflictiones cōscientię, quod  
uiderent se non posse iustificari ex le-  
ge, & se propter peccata obnoxios  
esse morti & inferno. Hæc erat crux  
longe omnium grauiſſima. Itaq; ostē  
sus fuit eis per diuinās promiſſiones  
Messias seu Christus, qui ſit hoc offi-  
ciū habiturus, ut afferat uerā & per-  
fectam iustitiam, ut quicq; credide-  
rit in ipsum, reputetur uere coram  
Deo iustus. Gen. decimoquinto, Cre-  
didiſ Abraam Deo, et reputatum eſt  
ei in iustitiam. Eſa. liij. In cognitione  
ſui iustificabit multos. Et cap. Ix. Po-  
pulus tuus omnes iusti in perpetuum  
hæreditabunt terram. Et Dan. ix. Fi-  
nem accipiet peccatum, delebitur ini-  
quitas, & adducetur iustitia ſempi-  
terna. Ex his & alijs prophecijs ui-  
des, Christum in hoc præcipue à pijs  
expectatum fuīſſe, ut afferat ſecum  
iustitiam, & reddat omnes in ipsum  
credentes coram Deo iustos. Vnde  
& Abraam, et ſi obſequebatur Deo,

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

& ducebat uitam sanctam iuxta legē  
naturæ, tamen non fuit contentus o-  
peribus legis nature, nec sentiebat se  
propter merita eorum iustificari, sed  
ut iustificaret uere coram Deo, cre-  
didiit in Christum ipsi promissum. A-  
lioqui quid necesse habuisset crede-  
re in Christū, & se tot periculis pro-  
pter promissiones de Christo obijce-  
re. Sic & Moses, etsi promulgabat le-  
gēm perfectissima opera præcipien-  
tem, non tamen contentus fuit eam  
promulgare. Sed, quia cognouit,  
quod lex non iustificet hominem, sta-  
tim post decalogi promulgationem,  
docuit clarissimam illam promissio-  
nem de Christo, Prophetam suscita-  
bit Dominus eis de medio fratrum.  
Sic alij Prophetæ, diligentissime  
quidem inculcabant legeim, Sed ad-  
dunt promissiones de Christo, mani-  
feste significantes, solius Christi offi-  
cium esse, iustificare hominem. Atq;  
adeo, quicunque uere pij fuerunt an-

te aduentum Christi & in aduentu eius, non fuerunt contenti obedire legi, nec senserunt se propter opera legis iustos fieri, sed agnouerunt Christum, ut propter ipsum reputaretur iusti coram Deo. Redeamus igitur nunc ad propositum Pauli argumentum. Si reperimur, inquit, adhuc peccatores, postquam accepimus Christum per fidem, & necesse habemus redire ad opera legis, ut propter ipsa iustificemur, perspicue sequit, quod Christus non sit minister iustitiae, sicut Prophetæ prædicauerunt, & pri crediderūt, sed quod sit minister peccati. Hæc uerba simpliciter proleta, uidentur etiam simplices res in se complecti, sed si explicueris, videbis maximam omnium impietatem, quam hi designant, qui sentiunt, quod postquam in Christum credideris, necesse habeas iustificari ex lege seu propter merita operum. Et in hac parte non peccauerunt solum Pharisei seu

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

Pseudoapostoli, contra quos Paulus  
hanc epistolam nominatim scripsit,  
sed peccat totus Papatus, & totus  
cœtus hypocritarum. Vide mihi con-  
suetudinem Papatus. In quadragesi-  
ma post confessionem peccatorum,  
& absolutionem, necesse habebant  
homines opera pœnitentiæ facere, ut  
horum meritis expiareret peccata sua.  
Quid hoc aliud erat, quam absolutio-  
ne in peccata coniçere, minime autem  
à peccatis liberare? Nam si absolutio  
deleisset peccata, quid opus fuisset  
peccata postea per opera pœniten-  
tiæ expiare? Audi ergo nunc quanta  
sit impietas, sentire, quod necesse ha-  
beas, postquam credideris in Chri-  
stum, expiare peccata meritis operis.  
Primum, dñas tua sententia omnes  
Patriarchas, quod ipsi post opera cre-  
diderunt in Christum, ut per ipsum  
iustificarentur: tu autem post Chri-  
stum, redi ea opinione ad opera, ut  
meritis ipsorum iustificeris. Hoc cer-  
te

te nō est religionem Patriarcharum  
sectari, sed religionem eorum inuer-  
tere, & cū ipsa pugnare. Deinde dā-  
nas promissiones omnium propheta-  
rum de Christo: Hī post legē docue-  
runt Christum, tu post Christum, do-  
ces legem, quōd iustificet. Postremo,  
quod est sceleratissimum, damnas i-  
psum Christum, & aboles, quantum  
in te est, maiestatem eius. Facis enim  
ipsum ministrum peccati, aut talem,  
qui relinquat hominem in peccatis,  
cūm tamen sit minister iustitiae, hoc  
est, is q tam perfectam iustitiam secū  
affert, ut quicūq credat in ipsum, re-  
putetur coram Deo iustus. Quare,  
postquam accepisti Christum per si-  
dem, non est redeundum ad legem,  
nec sunt facienda opera legis, ut con-  
sequaris iustitiam, quam iam habes  
in Christo. Quid igitur faciemus: nū  
ociabimur: num peccabimus: Maria  
Magdalena consecuta est à Christo  
iustitiam. Ergone, postquam abiit à

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

Christo, non debuit amplius redire  
ad opera decalogi: Latro in cruce co-  
secutus est iustitiam in Christo. Nūc  
fingo eum de cruce descendisse, & a-  
liquot adhuc annos in hac terra uixiſ  
ſe, num non debuit facere bona ope-  
ra, quæ lege Dei præcepta ſunt, ſed li-  
cuit ei redire ad latrociniū ſuum?  
Minime omnium. Nam post acceptū  
Christum, redeūdum eſt ad bona o-  
pera, Et non eſt ad ea redeundum.  
Redeundum eſt ad ea, quia facienda  
ſunt, ut testemur fidem, ut conſerue-  
mus Christum, ne amittamus eum  
propter peccata & ſcelera noſtra.  
Non eſt autem redeundum ad ea, ut  
conſequamur meritis eorum iuſti-  
tiam. Hanc enim poſſidemus iam in  
Christo per fidem, quia Christus eſt  
minister iuſtitiae, & non peccati.

NAM SI EA QVAE DE-  
STRVXI REAEDIFICO.)

Etsi hæc periodus poſſit ad prius  
argu-

argumentum referri, tamē quia Pau-  
lus in tractanda materia gratiæ Chri-  
stianam fœcundus est, ut singula penè  
uerba, singula exhibeant argumen-  
ta, idcirco non ineptè fortassis facie-  
mus, si hanc periodum accipiamus  
pro tertio argumēto, Et est ductum  
a scopo totius Euangelij: sentētia au-  
tem eius hæc est. Vos Pseudoaposto-  
li accusatis me transgressionis, pro-  
pterea quod doceam gentes non gra-  
uandas esse lege Mosi, & nullum ho-  
minem consequi remissionem pec-  
tatorum propter merita operum le-  
gis. Ego autem dico uobis, quod mul-  
to magis essem transgressor, si doce-  
rem, quemadmodū uos docetis, gen-  
tes debere suscipere legem, ut meri-  
tis operum eius consequerentur sa-  
lutem. Transgressor enim est, qui ea  
iterum restituit & ædificat, quæ an-  
tea uera prædicatione Euangelij dis-  
soluit & destruxit. Destruxi autem  
& aboleui prædicatione Euangelij,

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

legem, merita operum legis, peccata, mortem & infernum. Quare si nunc ea iterum restituerem, & docerem legem esse seruandam, ut peccata meritis operum expiarentur, & peccata, mortem ac infernum adhuc inherere his, qui crediderunt in Christum, certe manifestus essem transgressor non solum uocationis meæ, sed etiā totius Euangelij. Videamus ergo nunc, quomodo prædicatio Euangelij destruat legem, peccata, mortem & infernum. Iucundissimum nobis esset audire, si nūciaretur nobis, quod nostri milites, qui hoc tempore belligerantur aduersus Turcam, non oppugnarent tantum, sed etiam expugnarent Belgradum & Constantinopolim. Hoc enim nuncio polliceremur nobis publicam pacem & tranquillitatē. Multo iucundius nobis esse debet, quod audimus tale quid in Ecclesia institutum esse, quo non solum oppugnantur, sed etiam destruantur.

struantur Lex, quæ nos damnat, peccatum, mors & infernus. Hæc enim sunt castra, ex quibus Satan infert nobis multo maiora damna, quam Turca ex Belgrado & Constantinopoli, et si etiam Turca est organon Satanæ. Quod autem hæc destruit, prædicatione Euāgelij de Christo. Videamus ergo quomodo hæc destructio fiat. Nam prædicatio Euāgelij est, quod solus Iesus Christus sit expiator peccatorum nostrorum, & quod ipse reconciliauerit nos Deo patri, ut propter Christū reputemur iusti, & adoptemur in filios a chæredes Dei. Hac prædicatione primum expugnat & destruitur Lex, non quod non sunt facienda bona opera moralia, quæ lex præcipit, sed quod reiiciuntur merita operum legis, quæ opera nos homines imperfecte facimus, & quod per Euāgelion accipimus in Christo perfectam iustitiam, quam non potuimus habere ex lege. Et si

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

enim lex præcipit perfectissimam iu-  
stitiam, tamen quia nos præ imbecil-  
itate nostra, & uitio originis nō pos-  
sumus illam legis iustitiam præstare,  
idcirco destruitur lex, & abrogatur  
per Euangelion, ut habeamus perfe-  
ctam iustitiam in Christo per fidem.  
Nam his, qui credūt in Christum, im-  
putatur iustitia Christi, quæ est perfe-  
cta, perinde ac si præstitissent omnia  
& perfecta opera legis. Deinde præ-  
dicatione Euangeli expugnatur &  
destruitur peccatum, quia Euangeli-  
on docet peccatum esse remissum  
propter Christum, & nos esse Deo  
reconciliatos per Christum. Cùm au-  
tem dicimus peccatum esse remis-  
sum, non est intelligendum, datam  
esse licentiam peccandi, sed tam pec-  
catum actuale, quod transit, quam  
peccatum originale, quod actu ma-  
net, esse remissum. Aliud est enim  
peccatum actuale, quod est fructus  
peccati originalis, Et hoc transit cùm  
perpe-

perpetratur, ac remittitur per fidem in Christum, si modo non perseveraveris in eo perpetrando, sed resipueris, & actum eius uitaueris. Aliud est peccatum originale, quod est ignoratio Dei, incredulitas, inobedientia erga uoluntatem Dei, affectus malorum. Hoc peccatum semper manet actu in carne & sanguine, sed reatus eius remittitur per fidem in Christum, si modo spiritu facta eius mortificentur, ut non secundum illud peccatum ambulemus, nec obediamus concupiscentiae eius. Ad hæc prædicatio-ne Euangeliū expugnatur & destruitur MORS, quia Euangelion docet, Christū resurrexisse à mortuis, & uicisse mortem, ut omnis qui credit in eum, uiuat, etiam si moriatur. Quare morituri accipiunt secundum Christum Euangeliū prædicatum, ut expugnent mortem. Hactenus suscep- runt morituri uaria ad expugnādā mortem. Alius accepit in manum cā-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

delam , ut lumine eius per tenebras  
mortis euaderet. Alius proposuit si  
bi bullas indulgentiales. Alius meri-  
ta ordinum monasticorum, alius ali-  
ud quiddam. Sed mors nō potuit his  
machinis expugnari . Expugnatur  
autem solo Christo per Euangelion  
cognito. Postremo prædicatione Eu-  
angeliū expugnatur & destruitur ig-  
nis inferni. Nam cùm deberemus es-  
se obnoxij perpetuo ignis inferni, pro-  
pter peccatum nostrum, Euāgelion  
adnunciat nobis in Christo remissio-  
nem peccati,qua accepta , nullū am-  
plius ius habet in nos ignis inferni,  
nec potest nos comburere , etiamsi  
adhuc urere conetur : Fit autem per  
Euangelion ueluti flamma picta, que  
habet speciē ignis , sed nihil affert in-  
commodi. Quanta ergo diligentia,  
quanta obseruantia Euangelion de  
Christo excipiendum & conseruan-  
dum est: Nunc autem uide mihi, quā  
tus fuisset transgressor Paulus, si, ut  
Pseudo:

Pseudoapostoli, post prædicationem Euangeliū docuisset gentes debere operibus legis gratiam Dei mereri. Nam hac prædicatione restituisset, quantum in ipso fuisset, peccatum, mortem & infernum, hoc est, factus fuisset præcipuus minister Diaboli, qui hoc unum dies noctesq; agit, ut peccatum augeat, ut mortē inferat, ut inferni ignem exusfilet, quo in perpetuum flagret. Tales trāsgressores & ministri Satanæ sunt omnes Papistæ hypocritæ. Nam baptisarunt infantes, & per baptismum, quod est sacramentum Euangeliū, inseruerūt ipsos Christo, id quod & recte factū est, quantum quidem ad baptismum attinet. Nam de appendicibus, quas ipsi pro sua superstitione adiecerunt, nihil nunc dicimus. Post baptismum autem, adulta iam ætate, docuerunt eos mereri gratiam Dei operibus suis. Hoc certe nihil aliud fuit, q; peccatum, mortem & infernum in bapti-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

simo abolita, & destructa, iterum ædificare, & restituere, quod est Satanicum. Sic concionati sunt passionem Christi, quam suscepit pro peccatis nostris, & distribuerunt sacramentum cœnæ dominicæ, quod & ipsum est sacramentum Euangeli, quo expugnantur peccatum, mors & infernus. Sed post illa iusserunt homines expiare peccata sua meritis operum suorum, quæ uocârunt Emendas. Quid hoc aliud fuit, quam peccatum, mortem & infernum, ançè prædicatione passionis Christi, & distributione sacramenti abolita & delecta, iterum ædificare, hoc est, Satanæ administrū esse? Causam igitur impietatem hypocriticam & Pharisaicam, ne adiuuemus Satanæ in ædificio peccati & inferni.

EGO ENIM PER LEGEM  
LEGI MORTVVS.)

Repetit Paulus prius argumentum,

EXPLICAT. IOAN. BREN.

tum, sed alia forma orationis. Quod enim antè in persona Apostoli & cōcōnatoris dixit, Si quæ destruxi, ea rursus ædifico, &c. hoc nunc transfert in personam auditoris & credentis concioni Euangelij. Ego, inquiens, mortuus sum legi, per legē; hoc est, sicut prēdicatione Euangelij aboletur lex, ita, si Euangelion fide accipimus, morimur legi, ut uiuamus Deo. Nā cūm Paulus dicit, Mortuus sum legi, intelligit de tota lege Mosi. Cūm uero ait, Per Legem, intelligit Euāgelion Iesu Christi, ut sit sensus: Mortuus sum legi Mosi, per Euangelion, seu fidem Euangelij. Nihil nunc ad me lex Mosi, quia adhibeo fidem Euangilio, quo lex aboletur. Valeat lex Mosi, Viuat autem Euangelion. Quòd autem Paulus uocet Euangelion, legem, utitur phrasī prophetica. Nam, cūm Prophetę uaticinantur de reuelatione & diuulgatione Euangelij in totum orbem terræ, uocant

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

Esaïas 21

Hiere. 31

Doctrina

Lex.

Euangelion.

Cum ergo

Euangelion

tunc sumitur

species pro

genere.

Euangelion legem, καταχεισικώς.  
Esaias ait: De Zion exhibet lex, hoc  
est, Euāgelion. Et Hieremias: Dabo  
legem meam, hoc est, Euangelion, in  
uisceribus eorum. Et Paulus ad Ro.  
octauo, Lex spiritus uitæ, liberum  
me reddit. Cum enim nomen legis  
uocatur lex, magnæ esset autoritatis inter Israēli-  
tas, & regeret populum, uocatur &  
Euāgelion lex, quod ad regendos pi-  
os diuulgādum erat in totum orbem  
terræ. Alioqui enim Euangelion non  
est proprie lex quæ damnat, sed est  
lex, hoc est, doctrina, quæ uiuificat,  
quemadmodum aliâs sæpe dictum  
est. Nec Christus est legislator, sed  
saluator. Audiamus autē nunc, quo-  
modo Paulus, aut quiuis auditor &  
credens Euangeli mortuus sit legi  
per legem, hoc est, per Euangelion.  
Ac primū, Morimur legi per fidem  
Euangeli, non quòd non debeamus  
amplius bona opera moralia facere,  
quia hæc semper facienda sunt, sed φ  
non

non necesse habeamus in politijs no-  
stris uiuere iuxta politicam & ceri-  
monialem legem Mosi . Licet enim  
Christianis quarumcunq; gentium  
politijs uti , tantummodo ut Deo ui-  
uant, ut ducant honestam uitam iux-  
ta naturalem legem, ex fide & carita-  
te. Vnde, quod Paulus dicit , Per le-  
gem, legi mortuus sum, ut Deo uiue-  
rem, simplicissime sic exponi potest.  
Liberatus sum à lege Mosi per Euan-  
gelion, non quòd liceat mihi quiduis  
agere, sed ut ducam uitam Deo pla-  
centem, ut obediā Deo. Hæc est sim-  
plicissima huius loci sententia . Sed  
Paulus tractat hoc loco aliquid alti-  
us, spiritualius & diuinius. Nam dici-  
mur proprie mori legi per Euange-  
lion , quòd seruemur propter Chri-  
stum à damnatione legis . Lex enim,  
quia præcipit sanctissima opera, quo-  
rum nos nullum perfecte facimus,  
accusat nos inobedientiæ, & damnat  
nos perpetuo exitio. Euangelion au-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

tem adnuntiat nobis Christum, qui  
est perfectè sanctus, & donat nobis  
illum, ut si quis credit in eum, fiat om-  
nium bonorum eius particeps. Nam  
qui credit in Christum, is reputatur  
iustus propter Christum, & habet ui-  
tam æternā propter Christum. Lex  
igitur nihil amplius habet iuris in cre-  
dentem, sed credens est mortuus le-  
gi, est liber ab accusatione & damna-  
tione legis, ac uiuit nunc Deo, quia  
habet ueram uitam coram Deo. Ha-  
bet enim Christum, qui est iustitia, ui-  
ta & salus. Iudæi, Turcæ, Monachi,  
hypocritæ, & impoenitentes scelera-  
ti, uiuunt adhuc legi, quia accusantur  
à legé peccati & damnationis. Itaque  
mortui sunt Deo, nec habent ueram  
uitam in Deo. Pijs autem & creden-  
tes in Christū, mortui sunt legi, quia  
liberi sunt propter Christum, ab ac-  
cusatione & damnatione legis, Qua-  
re soli ipsi uiuunt Deo. Hæc non sunt  
oscitarter prætereunda, sed diligen-  
tissime

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 69

tissime consideranda, quia habet maximum usum in temptationibus & certaminibus conscientiae. In spirituali enim pugna solet nobis decalogus obijci, ac exprobrantur nobis in conscientia, non solum illa peccata, quae hodie & heri designauimus, & quae adhuc sunt in recenti memoria, sed etiam ea, quae sunt occultissima, & a nobis uel iam dudum oblita, uel nunquam sensibiliiter cogitata. Psalmus Ixxxix. dicit: Posuisti iniquitates nostras in cōspectu tuo, & incognitum nostrum, in illuminatione uultus tui. Vnde & aliás Dauid orat: Ab occulis meis munda me. Et Paulus, Nihil mihi conscius sum, sed in hoc non sum iustificatus. In hac autem peccatorum exprobratio & manifesta reuelatione, accusamur impietatis, & damnamur aeterno supplicio. Quid ergo nobis faciendum est? In hoc certamine utendum est praesenti dicto Pauli: Per legem, mortuus sum legi, Fateor me

IN CAP. II EPIST. AD GAL.

peccatorem, fateor me iure damnari debere, si adhuc uiuerem legi, quæ me accusat, & damnat. Nunc autem habeo aliam legem, quæ est Euangeliō, seu Christus. Per hanc legem factum est, ut non amplius pertineat ad me lex illa damnatrix, sed pertinet ad me iustitia, uita & salus propter Christum, quem fide accepi. In hoc conflictu expugnatur infernus, quæ expugnatio nobis lōge utilior, & magnificentior est, quam si quis expugnaret Constantinopolim. Addit autem Paulus:

VNA CVM CHRISTO CRV-  
CIFIXVS SVM.

Eadem est sententia cum priori dicto: Crucifixus sum cum Christo. Ergo lex nihil ad me pertinet, mortuus sum legi per concrucifixionem cum Christo. Si autem lex nihil ad me pertinet, quomodo posset me damnare? Pertinet quidem ad me, ut bona opera

ra faciam in hac uita, Sed quando ad-  
ducor ad iudicium Dei, & sistor ante  
tribunal Dei, tunc lex nihil amplius  
ad me pertinet, cum sua damnatioē,  
quia sum cum Christo crucifixus &  
mortuus. Est & hoc diligenter per-  
quirendum, quid sit, quod Paulus di-  
cit, se esse Christo cōcrucifixum. Ac  
pij dicuntur concrucifigi cum Chri-  
sto, quando affligūtur ad exemplum  
Christi. Vnde & Petrus ait, Christus  
passus est pro nobis, relinquens no-  
bis exemplum, ut imitaremur uesti-  
gia eius, hoc est, sicut ipse afflictus  
est, nec retulit malum pro malo, ita  
& nos nō debemus in afflictione ma-  
lum malo referre. Sic & Paulus aliās  
dicit, se implere ea quae adhuc defunt  
passioni Christi, & ferre stigmata  
Christi. Sed hoc loco Paulus longe a-  
liter loquit de concrucifixione. Non  
enim sentit de imitatione, qua sectan-  
dum est exemplum Christi, in suffe-  
rendis aduersis, sed de participatio-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

ne eorum bonorum, quæ Christus  
meritus & consecutus est per cru-  
cē & mortem suam. Nam, qui credit  
in Christum, incorporatur Christo  
per fidem, & fit membrum eius. Qui  
autem est membrum corporis Chri-  
sti, ad hunc pertinent etiam omnia  
bona Christi, quæ ipse per crucem &  
mortem impetravit. Quæ ergo im-  
petravit: Primū, Christus cruce sua  
diruit & sustulit interstitium inter Iu-  
dæos & gentes, & fecit ex utrisq; u-  
*Ephes. 2.* num populu, hoc est, delevit sangu-  
ne suo legem Mosi, ut iam nullum sit  
in Christo discrimin Gentium & Iu-  
dæorum. Cùm igitur per fidem sum  
Christo incorporatus, sum etiā parti-  
cep̄s huius beneficij, quod et si non ut  
uo iuxta politicam legem Mosi, nihi-  
lominus tamen acceptus sum Deo  
propter Christum. Deinde Chri-  
stus sustulit cruce & sanguine suo  
chirographum, quod erat cōtra nos,  
Colo. ij. Hoc chirographum est con-  
scientia

EXPLICAT. IOAN. BREN. st

Scientia peccati, quod scribitur in cor  
de nostro per legem, ostendentem  
peccata, & damnantem nos. Cū i-  
gitur sum incorporatus Christo per  
fidem, tūc si o etiam particeps huius  
beneficij, quōd nihil nunc ad me per-  
tineat chirographum conscientiae  
meæ, quia deletū est sanguine Chri-  
sti, et sigillum est fractum, nec est am-  
plius alicuius autoritatis, aut ualoris,  
quia sigilla per crucem Christi abla-  
ta sunt, & literæ eius sunt sanguine  
Christi deletæ. Atque hoc est uere  
Christo concrucifixum esse.

VIVO AVTEM NON IAM  
EGO, SED VIVIT IN  
ME CHRISTVS.)

Etsi etiam hoc dictum cum priori  
argumento coniungi, & ad ipsum ap-  
tari potest, tamen quia Paulus utitur  
noua forma loquendi, faciemus etiam  
hic nouum argumentum. Prius illud  
argumentum est: Mortuus sum legi  
seu Mosi, per Euangelion, Ergo lex

L

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

nihil ad me. Sequit̄ nunc aliud ex anti  
thesi: Christus uiuit in me, ergo non  
Moses, nō lex; Itaq̄ lex nihil ad me. Si  
aut̄ nihil ad me, q̄ eram Iudeus, multo  
minus debet iugū legis imponi genti  
bus, ut ex meritis operum eius iustifi  
cent̄. Et ut magis perspicue hoc argu  
mentū explicem, qd Paulus dicit, Vi  
uo non iam ego, sed uiuit in me Chri  
stus, hanc habet sentētiam: Non sum  
amplius Iudaeus, sed Christianus. Er  
go lex Mosi nihil ad me pertinet, ac  
sum nūc liber à lege Mosi. Sed ut Pat  
lina uerba recte intelligamus, cōsyde  
randum est, quod Paulus hīc non lo  
quatur de uita naturali, cūm ait, (E  
go non amplius uiuo, uiuit autem in  
me Christus,) sed loquit̄ de uita spi  
rituali coram Deo. Deinde uidēdum  
est, quomodo fiat, ut Christus in no  
bis uiuat, seu ut Christus fiat anima  
nostra spiritualis. Non enim, sicut ani  
mam humanam, ita etiam Christum  
afferimus nobiscum ex utero matris

in mundum, sed afferimus nobiscum peccatum, mortem, & infernum. Itaque quod ad primam nostram natuitatem attinet, sumus mortui coram Deo. Consequimur autem Christū, qui est anima & uita spiritualis, per fidem, & per baptismum, quia cùm credimus in Christum, & baptis- mur nomine ipsius, tūc & nos incor- poramur Christo, & Christus incor- poratur nobis, ut fiamus unum cor- pus. Itaq̄ Christus est uita seu anima credentis in ipsum, & credens est uel corpus uel membrum eius. In homi- ne enim Christiano duplex est ho- mo. Alter  $\tau\omega\chi\kappa\circ\varsigma$ , hoc est, animalis, qui est constitutus ex corpore & ani- ma humana. Et hic homo nihil perci- pit rerum spiritualium. Alter est  $\pi\omega\kappa\pi\kappa\circ\varsigma$ , hoc est, spiritualis, qui est cō- positus ex homine animali, tanquam corpore, & ex Christo tanquam ani- ma. Et hic homo est Christianus, quā ut generatur per fidem & baptismū,

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

ita uita eius sustentatur per auditum  
uerbi Dei, & usum coenæ dominicæ.  
Videamus autem nunc, quis sit Christus,  
& quod sit officium eius, ut etiam  
intelligamus quomodo Christus ui-  
uat in Paulo, & in quo quis credente.  
Primum, Christus factus est sub le-  
ge, ut eos, qui sub lege erant redime-  
ret. Ergo qui credunt in Christum,  
& in quibus Christus uiuit, non sunt  
amplius obnoxii legi Mosaicæ. Dein  
de, Christus placauit nobis Deum  
Patrem. Quare, si quid nobis benefi-  
ciij diuinitus contingit, Christianus  
non tribuit id suis meritis, sed meri-  
tis Christi, quia Christus uiuit in ipso.  
Adhuc Christus expiavit peccata no-  
stra, si ergo peccata minantur nobis  
damnationem, tunc Christianus con-  
temnit has minas, quia Christus, qui  
est peccatorum expiator, uiuit in i-  
pso. Præterea Christus affert secum  
spiritum sanctum. Quare, si animalis  
homo sollicitat Christianum homi-  
nem

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 88

nem ad obsequendum uoluntati peccati, tunc resistit peccato uirtute spiritus sancti. Deinde Christus est uictor omnium afflictionum, & mortis. Quare, si Christianus affligitur & moritur, cōtemnit, quia Christus uiuit in ipso. Sicut enim mors nihil dāni potuit inferre Christo, ita nec potest aliquid damni inferre Christiano, cuius anima & uita est Christus. Alij homines, aliam habent uitam, ut Avarici hominis anima & uita est, pecunia. Hæc uiuit in ipso noctesqp di- esqp, quia siue uigilet, siue dormiat, omnia sua sic componit, & disponit, ut consequatur pecuniam, siue iuste siue iniuste. Ac si affligitur, confugit ad pecuniam, & sperat se per pecuniā am consecuturum salutem. Si prospera fortuna affulget, fert eam acceptam pecuniæ. Sic Ebriosi uita est uinum. Amatoris uita est amica, quia hanc cogitat, uigilans & somnians. At nec pecunia, nec uinum, nec ami-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

ca, sunt uerus Deus, Solus Christus  
est uerus Deus. Quare, in quibus illa  
uiuunt, hi uiuentes mortui sunt. In  
quibus autem Christus uiuit, hi etiā  
mortui uiuunt, multò magis uiuētes  
uiuunt. Danda igitur nobis est ope-  
ra, ut cum Paulo possimus dicere: Vi-  
uo non iam ego, uiuit aut in me Chri-  
stus. Sed qd dicemus de Paulo: num,  
qā omnino urget, ne gentes onerent  
iugolegis, ut non sentiant se cōsequi  
iusticiam & salutē per merita operū  
legis, nihil ipse operē legis fecit. Et qā  
affirmat Christum in se uiuere, nul-  
lum etiam humanum opus fecit: ni-  
hil ne edit: nihil bibit: non dormiuit:  
non ambulauit: Fuerunt quidem nō  
nulli Eremitæ, qui se abduxerunt ab  
omnibus externis operibus, ut uaca-  
rent soli contemplatiōni. Sed hæc est  
mera supersticio. De hac n.re sequit.  
VITAM AVTEM QVAM NVNC  
VIVO IN CARNE, PER FI-  
DEM VIVO FILII DEI.)

In carne uiuere , non est hoc loco  
in peccatis uiuere , sicut aliâs Paulus  
hic phrasî utitur, sed est uiuere secû-  
dum externa opera legis, & humanæ  
uitæ. Et est sensus : Viuo quidem ad-  
huc secundum legem, sector aliquo-  
ties opera legis externa , & exerceo  
opera uitæ humanæ,edo,bibo , dor-  
mio . Hæc autem omnia facio per fi-  
dem filij Dei, qui me dilexit & tradi-  
dit semetipsum pro me . Quid ergo  
est aliquid facere per fidem Christi?  
Num est credere , quod Christus sit  
Deus : Recte. Hoc omnino creden-  
dum est, sed hoc loco facere aliquid  
per fidem Christi , est credere , quod  
Christus diligit nos ex mera sua cle-  
mëtia, & sit nobis propicius, ac placa-  
uerit nobis patrē , & expiauerit pec-  
cata nostra, merueritq; nobis æternā  
salutem . Hoc ante omnia credendum  
est . Deinde, quicquid faciemus, ex  
hac fide faciendum est. Non enim est  
faciendum tâquam meritum coram

MN CAP. II. EPIST. AD GAL.

Deo, quia habemus meritum nostrum  
in Christo, sed est faciendum, tanquam  
obedientia & gratitudo erga Christum.  
Exempli gratia, Paulus orauit  
pro persecutoribus suis Iudeis. Hoc  
est opus huius legis, Diliges proxim  
um tuum sicut te ipsum. Hoc autem  
opus fecit ex fide Christi, quia facien  
do hoc opus, non sensit se hoc opere  
expiare peccata sua, sed credidit se  
Deo acceptum esse propter Christum,  
& hoc opus fecit ut obedientiam et  
gratitudinem suam testaretur.  
Sic Paulus edit ac bibit, ex fide, quia  
sensit se Deo gratum per Christum,  
idcirco non displicere etiam Deo, q  
edat, quia Deus creauit cibum ad hu  
manam necessitatem, tammodo, ne  
abutamur cibo ad crapulam. Vides  
omnia opera piorum esse cultum  
Dei. Interim obserua etiam prono  
men ME. Qui dilexit Me, Non ali  
os tantum, sed etiam ME.

Non

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 11

NON ABIICIO GRA  
TIAM DEI.)

Dixit Paulus antea, se esse liberū  
à lege, quod nunc uiuat in ipso Chri-  
stus. Sed inquiet quispiam. Nihil er-  
go nunc amplius facis externorum  
bonorum operum: nihil ne agis iux-  
ta legem: nulla ne facis amplius opé-  
ra humana seu secundum carnem,  
hoc est, externa? Ad hoc respondit  
Paulus. Quod nunc uiuo in carne, in  
fide uiuo filij Dei. Observabile dictū,  
Quo primū docet Paulus, quod etsi  
Christus in nobis uiuit, & facti su-  
mus Christiani, tamen non sic muta-  
mūr, ut nulla humana & externa o-  
pera agere debeamus, sed necesse ha-  
bemus, tam bona externa opera face-  
re, q̄ necessitatī nostræ corporali con-  
sulere, quandiu uiuimus in hac mor-  
tali carne. Deinde docet, q̄ omnia o-  
pera nostra debeamus facere ex fide  
Christi. Non debemus operari, ut Iu-  
dæi, ut hypocritæ, sed ut Christiani.

L ,

## IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

Iudæi operantur, ut propter merita  
operum placeant Deo, & mereantur  
beneficia eius, hoc non est operari ex  
fide, sed contra fidem. Christiani de-  
bent ex fide operari. Quid ergo est  
operari ex fide? Est ante omnia cre-  
dere, quod simus Deo grati propter  
Christum, & quod Deus agnoscat  
nos filios suos propter Christum. Po-  
stea operandum est, non quod me-  
reamur beneficia Dei propter ope-  
ra, sed operandum est propter alios  
fines, quales unumquodque opus re-  
quirit. Exempli gratia: Audiendum  
est uerbū Dei, propter quā causam.  
Non ut hoc opere mereamur uenia  
peccatorum, sicut Pontifices dede-  
runt Indulgentias his qui audiunt cō  
ciones, sed ut discamus Christum, &  
resipiscamus. Item: Orandum est, ac  
præsertim hoc tempore precandum  
est pro ciuibus nostris cum Turca  
pugnantibus. Id autem faciendum  
est, non quod opus illud Litaniarum,

& canticorum expiat peccata nostra, & mereatur indulgentiam coram Deo, sed ut nos ipsi admoneamur nostrorum periculorum, & excitemur ad resipiscientiam, ad fidem, ut consequamur salutem. Sic Sobrie uiuendum est, non ut iejunio satisficiamus pro peccatis, sed ut uocatio nostre seruire queamus, quia in ebrio homine nec pes nec manus facit suum officium, multo minus ratio seu intellectus hominis. Sic & edendum est pro necessitate, non ut esu mereamur aliquid coram Deo, sed ut consulamus corporali necessitati. Habet enim unumquodque opus suum proprium finem, ad quem ordinatum est. Sic & Paulus uixit cum Iudaeis suis Iudaice, in rebus adiaphoris. Vixit autem Iudaice, non ut Iudeus, sed ut Christianus. Non sentit se his operibus mereri indulgentiam peccatorum coram Deo, sed sentit se habere peccatorum remissionem tantum pro-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

pter Christum per fidem. Postea fe-  
cit opera Iudaica in huc finem, ut ser-  
uiret infirmis Iudeis ex caritate, do-  
nec & ipsis grandescerent in Christo.  
Ante omnia enim sentiendum est,  
nos tantum propter Christum repu-  
tarri iustos coram Deo per fidem. Et  
quae deinceps opera facimus, iuxta  
legitimum & ordinarium suum finem,  
ea dicuntur fieri ex Fide Christi, ac di-  
cimur ea operari ut Christiani: Ac  
de his quidem hactenus. Nunc sequi-  
tur aliud argumentum, quo Paulus  
probat iustitiam non esse ex meritis  
operum, ideoque Galatas non debere su-  
scipere legem ea opinione, ut ex ope-  
ribus eius iustificantur. Non abiicio,  
inquit, non facio uanam aut irritam  
gratiam Dei. Etsi haec uerba possunt  
coniungi cum sequentibus, ac unum  
cum ipsis argumentum constituere,  
tamen si quis recte perpedat, depre-  
hendet Paulum etiam his paucissi-  
mis uerbis singulare argumentum indi-  
dicare

care uerius q̄ explicare. Nam quod dicit: Non abiōcio, seū non duco frustraneam esse gratiam Dei, plane idē est cum eo quod ad Rom. cap. iiiij. copiosius dicitur, Ei qui operatur, merces non imputat secundum gratiam, sed secūdum debitū. Et Ro. xi. Si per gratiā, iam non ex operibus, quādōquidem gratia iam non est gratia. Et Ephe. ij. Gratia seruati estis per fidē, idq̄ non ex uobis, Dei donum est, nō ex operibus, ne quis glorietur. Dicit etgo Paulus, Non abiōcio gratiam Dei, hoc est, Saluamur ex gratia, quā scio non esse uanam, ergo non ex meritis operum. Perstringit autem his uerbis Pseudoapostolos & hypocritas. Vos hypocritæ, uos seducti Galatæ, uultis esse magni operatores, & meritores coram Deo, Non uultis esse mendici Dei. Ego autem uolo esse Mendicus, Volo ex gratia seruari, ut maneam mendicus Dei, quia necesse habeo mendicare salutē à Deo.

IN CAP. II EPIST. AD GAL.

Non enim possum eam mereri. Debet quidem nos pudere præter necessitatem mendicare, sed si necessitas, quæ est ingens telum, exigit, iam non est pudor, sed officium, & uocatio mendicare. Magna autem necessitas exigit, ut simus mendici coram Deo, quia non possumus mereri nostris operibus iusticiam. Hæc ergo mendicitas, non est ignauia, sed officium & uocatio nostra. Duo nobis hic obseruanda ueniunt. Alterum, quod omnia monasteria, omnia collegia sacrificiorum, omnes Missæ institutæ ad expianda peccata uiuorum & mortuorum, & omnia opera hypocrita rum, sunt abiectores, contemptores, & blasphematores gratiæ Dei, quia omnia illa instituta & seruata sunt, tanquam merita & expiations peccatorum. Itaque cum uideris monasterium aut collegium sacrificiorum Missificum, cogita ibi esse officinam, in qua Deus semper contumelia afficiatur.

ciatur, & publice decantetur, quod non sit misericors. Etsi enim haec uerba non sonant publice, tamen ipsa opera hoc clamant coram Deo. Quanta autem obsecro haec est contumelia Dei! Alterum est, quod speramus hoc argumēto multos ex maioribus nostris seruatos esse ad ueram salutem. Etsi enim per omnes uitae suæ dies audiuerūt missas, & sectati sunt hypocrisim, ac merita operum, tamē multi deducti in necessitatem mortis, clamauerunt, Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Hoc certe est abnegare omnia merita, & sola misericordia Dei propter Christum confidere. Loquor autem de his, qui ignorauerunt reuelationem Euāgeliū, non de his, qui hoc tempore, cūm reuelatum est Euāgelion, persequuntur ipsum. De his non magna admodum spes habetur resipiscentiæ in ultimo, ut loquuntur, suspirio. De illis autem maioribus no-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

stris , quibus nondum prædicatum  
fuit Euangelion tam manifeste, opti-  
ma spes habenda est.

NAM SI PER LEGEM  
IVSTITIA.)

Aliud, ac perspicuum argumen-  
tum, quo probatur, quod non iustifi-  
cemur propter operum nostrorum  
merita. Non est autem mirandum, φ  
Paulus & alij Apostoli, ac etiam Pro-  
phetæ tam sollicite urgent, iusticiam  
non esse ex humanis meritis , quia  
postquam peccauit Adam, & nos in  
peccatis concepti sumus , natura sic  
afficimur, quod uelimus esse dij no-  
stri, ac nos ipsos nostra iusticia iuu-  
re, hoc est, iusticiam & salutem pro-  
pter merita & opera nostra cōsequi.  
Hæc autem est uera idolatria, & ma-  
xima omnium impietas . Non tamen  
agnoscitur ab hominibus pro idola-  
tria, sed existimatur esse summa pie-  
tas. Quare necesse est, ut hæc doctri-  
na

na de inutilitate meritorum nostrorum diligenter urgeatur, quo magnitudinem & grauitatem naturalis nostrae impietatis cognoscamus. Accedit huc, quod hic præcipue sit articulus ille, quo uera Christianissimi religio, à reliquis religionibus distinguitur. Omnes aliae religiones in hoc cōueniunt, quod homines consequantur iusticiam & salutem propter nostra merita, quæ est summa uanitas. Vera autē Christi religio docet, nos tantum propter Christum habere iusticiam. Necesse igitur est, ut hæc doctrina inculcetur, quo ueram Christianissimi cognitionem habeamus. Præterea, in horrore mortis & damnationis, Satan maximè omnium conatur nos hac ratione è possessione cœlestis nostræ hæreditatis deñcere, quod simus indigni, quibus continet cœlestis hæreditas. Dicit enim: Quid speras? Putas ne cœlum tibi posse cōtingere, cùm tam multa pec-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

cata designaueris : Recipit quidem Deus pœnitētes, sed tu indignior es, propter peccata tua , quām ut Deus te recipiat: nec potes uerā agere pœnitentiam , quia non es meritus , nec ulla habes opera , propter quæ dig-  
nus essem pœnitentia. Hæc sunt igni-  
ta iacula Satanae. Itaq; nisi probe mu-  
nitus fueris recta Christianismi do-  
ctrina, de uanitate meritorum huma-  
norum, & gratuita remissione pecca-  
torum propter Christum , quid reli-  
quum erit, nisi præsentissima despe-  
ratio & damnatio? Quare necessitas  
exigit, ut hæc doctrina semper nobis  
ob oculos ponatur . Dicit ergo Pau-  
lus: Si per legem est iusticia, igit̄ Chri-  
stus frustra mortuus est . Princípio,  
nomine legis, intelligenda sunt meri-  
ta operum , q̄z legē præcipiuntur.  
Hypocritæ enim sentunt legem id-  
circo præcipere bona oper̄ , ut pro-  
pter ipsa cōsequamur & mereamur  
iusticiam ac salutem. Deinde sentien-  
dum

dum est, Paulum non loqui tantum de una parte legis, sed de uniuersa legge. Sunt enim tres partes legis, una est Ceremonialis. Manifestum autem est tam propheticis concionibus, q̄b reuelatione Euangeliū, quōd opera huius partis non mereātur iusticiam coram Deo. Circuncisio enim, & sacrificium uituli, non iustificant, id quod etiam hoc tempore aduersarij Euangeliū fatentur. Alia pars legis est Iudicialis. Huius opera reddunt quidem homines honestos inter ciues, non iustificant autē coram Deo, quod & ipsum manifestū est, nec indīget probatione. Tertia pars est Moralis, seu decalogus. Quale quid est, fateri se unum Deum colere & hunc adorare, Honorare parentes, Non furari, sed dare egentibus eleemosynā, Nō occidere, sed remittere iniuriam aduersarijs. Hæc sunt bona opera & facienda, attamen nō iustificant, quia non sunt perfectè bona, prout ab ho-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.  
mine fiunt, Iuxta illud Psalmi, Non iu-  
stificatur in conspectu tuo omnis ui-  
uens. Et, Affectus carnis inimicitia  
est aduersus Deum. Nam legi Dei  
non subditur, siquidem ne potest qui-  
dem. Nullius igitur partis legis ope-  
ra iustificat coram Deo. Deinde, per  
iusticiam hoc loco non est intelligen-  
da iusticia ciuilis et externa. Nam hac  
meremur per legem, hoc est, per bo-  
na opera legis fit, ut simus & repute-  
mur ciuiliter iusti. Sed intelligenda  
est iustitia, qua coram Deo in iudicio  
eius constamus & absoluimur a pec-  
catis: hanc non meremur operibus,  
sed tam accipimus eam per fidem  
propter Christum. Solo enim Chri-  
sto possumus in iudicio Dei consta-  
re. Quod autem Paulus meminit in  
conclusione tantum mortis Christi,  
Frustra, inquietus, mortuus esset Chri-  
stus, uno uerbo comprehendit om-  
nia, quæ Christus salutis nostræ gra-  
tia facienda & patienda suscepit. Chri-  
stus

EXPLICAT. IOAN. BREN. 9.

stus natus est homo propter nos.  
Christus prædicauit Euangelion, &  
edidit miracula propter nos. Chri-  
stus esuriȝt, sitiȝt, sudauit & alsit pro-  
pter nos. Christus captus, ligatus, cō  
sputus, illusus, percussus & flagella-  
tus est propter nos. Christus cruci af-  
fixus est propter nos. Christus descē-  
dit ad inferos propter nos. Resurre-  
xit, ascendit in cœlum, & misit spiri-  
rum sanctum propter nos. Hæc om-  
nia comprehendit Paulus uno mor-  
tis nomine. Quare, qui sentiunt se cō  
sequi coram Deo iusticiam propter  
merita operum suorum, hi quantum  
in ipsis est, omnia faciunt irrita, quæ  
Christus pro nobis fecit & passus  
est. Natiuitas Christi, Prædicatio Chri-  
sti, Miracula Christi, Afflictiones Chri-  
sti, captiuitas Christi, Passio Christi,  
Resurrectio Christi, Ascensus Chri-  
sti in cœlum, Missio spiritus sancti,  
Omnia illa uana, frustranea, & irrita  
sunt iusticiar̄is, qui confidunt operū

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

suorum meritis. Hic iterum uide mihi, quis sit usus omnium monasteriorum, collegiorum, & operum quæ ab hypocritis fiunt. Nam hæc omnia eo initituta sunt, & fiunt, ut propter merita ipsorum consequamur iusticiam coram Deo. Hoc autem est omnia opera Christi euacuare, & uana reddere, immo est Christum ipsum ab negare. Nam frustra Christus mortuus est ijs, qui sentiunt se iustificari propter opera legis diuinæ, multo magis his frustra mortuus est, q̄ sentiunt se iustificari operibus monasticis, & excogitatís ab hypocritis. Lex enim diuina longe superat omnes ordines monasticos, & omnia opera hypocritarum. Et dicit Esaias, Frustra me colunt, docentes doctrinas hominum. Quare monasteria & collegia Papistica sunt summa blasphemia & contumelia in Christum, tantum abest, ut colatur in eis Deus. Publicis litteris mandatum est, quod cum expugnata

gnata esset Constantinopolis à Mahumete Imperatore Turcarum , iusserit Turca imaginem Christi crucifixi erigi , & inscribi : Is est Christianorum Deus , ac præceperit , ut proiectis stercoribus , ignominiae causa , cōspurcaretur . Horrendum spectaculum , ac pius homo mallet centies mori , quām uel semel tale spectaculum uidere . Etsi enim lignea imago per se nihil est , tamen contumelia Christo ipsi illata longè maior est , quām quis cogitare potest . At si recte iudicare uolueris , non minor contumelia quotidie inferit Christo crucifixo in monasterijs & collegijs , ac Missis sacrificiolorū , quām Turca ei intulit . Nam quod Turca fecit uisibiliter , hoc illi faciunt inuisibiliter . Quod Turca fecit externe , hoc illi faciūt spiritualiter , ac multo contumeliosius . Lutum enim nō aufert à Christo dignitatem & maiestatem suam , sed opinio & impietas iusticiariorum , qua sentiūt

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

se propter merita operum iustificari, auferunt eam à Christo, quātum quidem in ipsis est. Discamus igitur recte iudicare de iusticia operum, ut & rectè cognoscamus Christum, uera iusticiam & salutem nostram.

CAP. III.



STVLTI GALATÆ,  
QVIS VOS  
FASCINAVIT.)

Priusquam Paulus aliud argumentum cōmemoret, quo probet iusticiam non esse ex meritis operū legis, sed ex fide propter Christum, facit apostrophen ad Galatas, & interserit grauem ac seueram obiurgationem, quod cum tam perspicue acceperint ueram Euangelij doctrinam, ut Christus non potuerit manifestius eis ob oculos pingi, turpissime

pissime tamen defecerint ab Euange  
lio ad impiam doctrinam Pseudoapo  
stolorum, ac incipient iterum, quod  
est horrendum, Christum crucifige-  
re. O stulti, inquiens, quis uos fascina-  
uit. Quomodo, inquis, Paulus uocat  
Galatas stultos, cum Christus hoc  
manifeste prohibuerit, Quisq[ue] dixe-  
rit fratri suo, fatue, obnoxius erit ge-  
hennæ incendio? Sed hic consyderan-  
da est diuersitas uocationum. Sicut  
enim nulli hominum licet alterum,  
quamuis fontem, occidere, nisi legiti-  
me uocato, ita nulli licet in alterum  
conuicium stulti aut fatui conijcere,  
nisi uocato. Vocatio autem Magistra-  
tus est, punire fontes, sic etiam uoca-  
tio patris familias est, reprehendere  
delinquentem familiam. Similiter uo-  
catio doctoris est reprehendere erra-  
tem, aut ignauum. Quare sicut non  
peccat magistratus occidendo legi-  
time fontes, qui mortem sceleribus  
suis meriti sunt, ita cum doctor uo-

stulti con-  
uicium.

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

eat discipulos suos errantes , stultos  
aut fatuos, non est conuicium, sed of-  
ficiū. Vnde & Christus uocat du-  
os discipulos proficisciētes in Emaus,  
stultos, propterea quōd uralde stulte  
de regno Christi diserebant. Et alias  
Paulus uocat eos stultos , qui nega-  
bant resurrectionē. Stulte, inquiens,  
tu quod seminas. Hæc uerba à tali ho-  
mine , q̄ habet publicam autoritatē,  
prolata, non sunt contumeliosa , sed  
sunt iusta reprehensio , & pars legis  
diuinæ, qua excitatur agnitiō pecca-  
torum. Quid autem est , quod Pau-  
lus dicit: Quis uos fascinavit? Sentit  
ne Paulus , fascinationem aliquid el-  
se? Certe fascinationem & ueneficia  
aliquid esse , testatur lex Mosi, Exo-  
xxij. quæ iubet maleficam seu uene-  
ficiam occidere. Et Paulus enumerat  
postea cap. quinto , Veneficiū in-  
ter opera carnis . De hac igit̄ re pau-  
ca dicamus, quātum ad propositum  
satis est. Et ut ab ouo, quod aiunt, in-  
cipiam,

cipiam, manifestum est, Satanam factū esse dominum huius mundi propter peccatum hominis. Itaque Satan tam potens spiritus est, ut queat turbare aérem, tempestates excitare, inficere aérē, laedere segetes, pecora & homines, ac etiam interficere. Sed contra potentiam Satanæ ordinatus est filius Dei Iesus Christus, qui cū peccatū expiauit, uicit etiam Satanā, ac conterit caput eius, Iuxta illud Gen. Semen mulieris conteret caput tuū. Etsi autē filius Dei est potentior Satanā, ac etiam uicit eum, tamen nec uenerit nouissimus dies, nō semper coērcet potentiam eius, sicut nec impiorum, in hoc seculo, sed conniuet interdum ad tyrannidem eius, & permittit eum suo more grassari, sed ita, ut non transgrediatur definitos terminos. Necesse enim habet Satan intra prescriptos à filio Dei terminos consistere, nec audet ultra progredi. Ac primum Deus interdum permit-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

tit ei, ut homines occidat. Sic occidit liberos Iobis. Deinde permittit, ut inferat corpori laesionem, nō tamen auferat uitam. Exemplum habes in ipso Iobe. Adhac permittit interdum, ut illudat sensibus externis, nec inferat laesionem corpori, nec uitæ. Exemplum extat in uita Macarij, de puella quę uidebatur esse equa. Satan enim ita perstrinxerat sensus tam parentum, quam puellæ, ut existimarent ipsam esse mutataam in equam. Itaque rogauerunt Macarium, ut restitueret eam pristinæ humanæ formæ. Macarius autem uidebat puellam, non equam, ac sentiens esse tam in puerla, quam in parentibus illusionem Satanæ, dixit ad parentes : Ego hanc, quam ostenditis mihi, puellam video nihil pecudis in se habere. Hoc autem quod dicitis, non est in eius corpore, sed in oculis intuentium. Phantasiaz dæmonum sunt istæ, non ueritas rerum. Itaque impetravit precibus à Dominō,

mino , ut illusio Satanæ discederet,  
&c. Hæc illusio nec corpus nec uitā  
lēdebat, quia non erat permisum Sa-  
tanæ ultra progredi . Sic factum est  
hactenus à tumultuosis illis, quos ita  
uocant , sp̄iritibus. In domibus enim  
nonnunquam exauditi sunt noctur-  
ni & diurni tumultus, excitati non à  
mortuorum animabus, sed à Satana,  
qui sic illusit humanis sensibus, ut exi-  
stimārint se audire tumultum , cùm  
tamen reuera nihil fuerit, nisi illusio,  
quemadmodum in uertigine capitis  
fieri solet. Nam qui patiuntur capitis  
uertiginem, hi iurarent omnia circū-  
uolui & circumgyrari: ita Satana solet  
interdū illudere sensibus humanis,  
ut iurarent mille iuramenta se exter-  
num tumultum audire, re ipsa tamen  
nihil est . Noctu audiri solet talis tu-  
multus, perinde ac si omnino dome-  
stica supellex dissiparetur, & cōfrin-  
geretur , & tamen mane facto, om-  
nia inueniuntur adhuc in suis locis re-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

posita. Satanæ igitur illusio est, non uera res. Postremo sicut solet exteri-  
nis sensibus illudere, ita etiam solet il-  
ludere internis sensibus, adeoq; ipsi  
humanæ rationi ac intellectui. Huc  
pertinent mulieres ueneficæ, quæ ui-  
dentur excitare tempestates, aut no-  
ctu uolare. Nam Satan, qui est prin-  
ceps aëris, uidet futuram tempesta-  
tem, ac segetem accepturam magnū  
detrimentum. Priusquam autem ue-  
nit tempestas, illudit Satan mulieri-  
bus sibi deuotis, & excitat eas, ut co-  
quant nescio quas herbas, cumq; de-  
inceps uenit tempestas, iurarent im-  
piæ mulieres, eam sua opera excita-  
tam esse. Sic etiā illudit Satan huma-  
næ rationi. Exempla sunt Anabapti-  
stæ, qui sic dementati fuerunt à Sata-  
na, ut iurassent suam opinionem esse  
certissimam ueritatem. Sic etiam illu-  
si sunt Galatæ, qui ita fuerunt fascina-  
ti, ut iurassent mille iuramenta, quod  
opinio ipsorum esset certissima ueri-  
tas.

tas. Eadem est dementatio in omnibus hypocritis. In ijs quoque de quo Christus ait: Veniet tempus, ut omnis, qui uos occiderit, putabit se obse quium Deo præstare. Talis dementatio & fascinatio fuit etiam in Paulo ante conuersionem suam. Sed quam ob causam filius Dei permittit hoc Satanę: Permittit partim, ut agnoscamus potētiam aduersarij, & eo plus cognoscamus beneficū Christi: partim, ut probem fides nostra. Quid ergo faciendū est aduersus tantā potestatē Satanę: Ioannes ait: Maior est, q̄ in nobis est, q̄ qui in mundo. Quare danda est opera, ut efficiamur ueri Christiani, hoc est, ut simus uera membra Christi, ut inhabitet in nobis Christus. Deinde, ut muniamus nos aduersus Satanā gladio spiritus, qui est Euangelion Christi. Et ut in timore Dei, ac inuocatione nominis eius semper ambulemus. Sic enim tuti erimus à Satana. De fascinatione & ue-

## IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

neficijs hactenus. Nunc uideamus se  
ueritatem Paulinę obiurgationis. Ga-  
latæ enim defecerant ab Euangelio  
ad legē, siue ut nos loquimur, ad Pa-  
patum & Monachatum, hoc est, sen-  
tiebant se iustificari propter merita  
operum. Vide ergo mihi quibus no-  
minibus digni censeantur, & quan-  
tam impietatem hac sententia sua de-  
signent. Primum, uocātur stulti. Hoc  
epitheton non tantum pertinet ad  
Galatas, sed ad omnes Papistas, Mo-  
nachos, sacrificulos & hypocritas. Et  
tamen hi uolunt uideri, nō solum es-  
se sapientissimi, uerum etiam capita  
& defensores Ecclesiæ. Magis autem  
credendum est spiritui sancto, qui uo-  
cat eos stultos, quam humanæ gloria-  
tioni. Deinde uocantur Fascinati, seu  
ueneficijs infecti. Omnes enim, qui  
sentiunt se iustificari meritis operum  
suum, arripiunt mendacium pro-  
ueritate: & sicut fascinati iurāt se pro-  
puella uidere equam, quemadmodū  
habuimus

habuimus in exemplo Macarij, ita hy-  
pocritae iurarent se recte ac uere sen-  
tire, cum tamen ipsissimum sit men-  
daciūm, quod sentiunt. Postea uocat  
eos Incredulos, qui non adhibeant fi-  
dem ueritati. Quis uos, inquit, fasci-  
nauit, ut non crederetis ueritati? Er-  
go, quotquot putat se suis meritis iu-  
stificari, non pertinent in numerum  
credentium, sed incredulorum, Tur-  
carum, & Tartarorum. Postre-  
mo uocantur, Recrucifixores Chri-  
sti. Quibus, inquit, pra oculis de-  
pictus fuit Iesus Christus, in uobis  
crucifixus, Hoc est: Multas claris-  
simas conciones Euangeli apud  
uos habui, quibus Christum ita per-  
spicue uobis ob oculos depinxi, ut  
manifestissimum factum sit eum re-  
surrexisse a mortuis, & per resurre-  
ctionem suam attulisse ad uos iustici-  
am, & inter uos regnare. Nunc autem,  
horrendum dictu, iterum crucifixi-  
stis eum, iterum inter uos crucifixus

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

est. Etsi enim Christus , quod ad suę personam attinet, semel tantum mortuus est , nec ultra moritur , tamen , quantum attinet ad impietatem iusticiariorum , toties dicitur in ipsis & ab ipsis crucifigi ac mori , quoties sentiunt inerita operum suorum expiare peccata . Qui enim sentit peccata sua nondum expiata esse , is reuocat , quantum in ipso est , Iesum iterum ad crucem & mortem , Quia contumelia quid potest esse grauius ? Hypocritae sunt iesi eorum , qui crucifixerunt Christum . Execramur Iudeos , quod clamauerunt coram Pilato , Crucifige , crucifige . At non minus hypocritae , confidentes meritis suorum operum , crucifigunt Christum , quam Iudei . Nostra memoria quidam impius & deploratæ mentis homo , cum pecuniam suam Iudo dissipasset , Mogutia , exiens urbem incidit in ligneam imaginem Christi crucifixi . Cum igitur propter damnum fureret , grassatus est gladio in imaginem

EXPLICAT. IOAN. BREN. 99

imaginē Christi, execratus est Christum, quod non se in ludo adiuuisse, dicitur & mox ex ligno sanguis erupisse. Etsi autem hæc imago lignum fuit, præterea nihil, nec licuit eam colere, tamen quia impius homo putauit se Christum ipsum petere gladio, miraculum ædandum est, ac dedit etiam impius statim atrocissimas poenas. Quis ad tanti facinoris impietatem non obstupeceret? Et tamen Iusticiarij in omnibus suis Missis, non tantum vulnerant Christum, quantum in ipsis est, sed etiam crucifigunt ipsum totum. Hoc fit in omnibus collegijs sacrificiorum, & monachorū. Hoc fit in omnibus operibus hypocritarum. Cur ergo non etiam ad has impietates obstupecimus? Sed haec tenus explicuimus obiurgationem Pauli. Nunc uideamus argumentum quod sequitur.

N 2

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.  
HOC SOLVM CVPIO A VOBI\$  
DISCERE, VTRVM EX  
OPERIBVS LEGIS.)

Hoc est perspicuum argumentum,  
quòd probatur, quòd non reputemur  
iusti coram Deo propter merita ope-  
rum, sed tantum propter Christum  
per fidem. Et est ductum à miraculo  
spiritus sancti, ac cœlesti testimonio.  
Datus est uobis (inquit) spiritus san-  
ctus ex auditu Euangeli, quo prædi-  
catur, solum Christum esse expia-  
rem peccatorum, non est autem uo-  
bis datus ex operibus legis. Ergo re-  
putamur iusti non propter opera le-  
gis, sed propter Christum per fidem.  
Ut hoc argumentum recte intelliga-  
mus, probe cognoscēda sunt ea, quæ  
in Actis Apostolorum de missione  
spiritus sancti copiose commemoran-  
tur. Nam cùm in die Pentecostes di-  
scipuli ad mandatum Christi únā cō-  
gregati sederēt, datus est eis spiritus  
sanctus mirabiliter, & cœperunt lo-  
qui

qui uar̄js linguis , prout spiritus da-  
bat illis eloqui. Ante , et si multa ope-  
ra fecerant , tamen nunquam datus  
est ipsis spiritus sanctus tantis mira-  
culis , sicut in die Pentecostes . Et ne  
quis cauilletur Apostolos meritos es-  
se spiritum sanctum iusticia operum  
suorum , quae iuxta legem fecerunt ,  
datus est etiam postea spiritus san-  
ctus , mirabiliter Samaritanis , qui ha-  
bebantur à Iudæis heretici , quemad-  
modum scriptum est in Actis cap. o-  
ctauo . Nec Samaritanis tantum , sed  
etiam Gentibus incircuncisis , ut est  
in Actis cap. x . Gentes enim , quae au-  
diebant concionem Petri , et si nulla  
habebant merita operum , tamen sta-  
tim auditio Euangeli Christi , & ac-  
cepto Christo per fidem , donantur  
admirabiliter spiritu sancto , sicut A-  
postoli in die Pentecostes . Sic & apud  
Galatas factum est . Hi enim et si ali-  
quoties audierant à Iudæis legem ,  
tamen erant ipsis magna ex parte Eth-

IN CAP. II. EPIST. AD GAL.

nici incircuncisi, nec habebat merita  
bonorum operum, nec unquam an-  
tea acceperant dona spiritus sancti.  
Postquam autem audiuerunt Eu-  
geliō de Iesu Christo, quod Christus  
solus sit expiator peccatorū nostro-  
rum, & quod propter eum solum ha-  
beamus remissionem peccatorum,  
ac crediderunt huic Euangelio, sta-  
tim donati sunt spiritu sancto, quem  
admodum Apostoli in die Penteco-  
stes. Quo miraculo significatum est,  
quod hi, qui acceperunt spiritum san-  
ctum, sint Deo grati, ac reputentur  
coram ipso iusti. Et tamen nulla habe-  
bant merita operum, nec unquam le-  
gem fecerant. Quare ex hoc miracu-  
lo manifestum est, primum, quod no-  
reputemur iusti coram Deo propter  
merita operis legis, sed propter Chri-  
stum per fidem. Deinde, quod praedi-  
catio Euangelij sit organon, quo spi-  
ritus sanctus efficax est in credenti-  
bus. A hoc quidem tempore non il-  
labitur

habitetur spiritus sanctus in nos tam mirabiliter, sicut in die Pentecostes, & apud Galatas reuelatus est, tamē assertus nobis per Euangelion omnia necessaria dona ad salutem, uidelicet, tī morem Domini, spem, fiduciam, invocationem nominis Dei, obedientiam in præceptis Dei, & quicquid nobis ad salutem necessarium est.

ADEO STVLTI ESTIS, CVM  
SPIRITU COOPERITIS.)

Illustre argumentum iusticiæ fidei est, quod Paulus antea commemorauit, uidelicet, Spiritum sanctū datum esse Galatis, non ex operibus legis, sed ex prædicatione Euangeli. Opera igitur legis, quæ nos facimus, non merentur iusticiam, sed iusticia gratis imputatur propter Christum, per fidem. Spiritus enim sanctus non fuisset datus Galatis, aut alijs auditibus Euāgeliij, nisi ante fuissent Deo grati, & reputati coram ipso iusti.

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

Non fuerunt autem reputati iusti propter opera legis, quæ nondum fecerant, aut si fecerant, non datus est propter ipsa spiritus sanctus, priusquam audiuerint & credidissent Euangeliο. Ergo reputati sunt iusti propter Christum, quem ex Euangelio didicерunt, & fide acceperūt. Ac de hoc quidem argumento supra multa dicta sunt. Nūc priusquam Paulus pergit ad commemoranda alia argumēta, recitat quædam absurdā & incommoda, quæ his accidunt, qui postquam factisunt Christiani, & didicerunt nos tantum propter Christum per fidem iustificari, sentiunt se iustificari seu iustos reputari propter merita operum. Et enumeratione horum absurdorum atque incommodorum, deterret Galatas à sectanda opinione sua impia de iusticia operum. Galatae enim defecerant à iusticia fidei, ad iustitiam legis, hoc est, defecerant (ut nos quidem loquimur, & ut uere se habet

EXPLICAT. IOAN. BREN. 10

bet res) ab Euangelio ad Papatum.  
Quid ergo absurdī, quid incommodo accidit his, qui cūm antē crediderunt se iustos propter Christum, nūc sentiunt se non posse iustificari nisi meritis operum? Hoc absurdū, hoc incommodum accidit eis, quod cūm cōperint spiritu, consumātur carne. Spiritus est uera & perfecta iusticia, quæ habetur in Christo, Caro est carnalis, imperfecta, & mendax iusticia, quæ habetur ex meritis operum carnis. Spiritus est sanctus ac uere diuinus, Caro est prophana, ac Satanæ obnoxia. Caro enim legi Dei nō subditur. Spiritus est cœlestis, Caro autem deputata est propter peccatum ad infernum. Ergo, qui antē credidit se iustificari propter Christum per fidem, & postea sentit se iustificari propter merita operum, is recte ac uerè quidem incepit, sed pessime desinit. Præterea, abiicit ueram & perfectā iusticiam, ac pro ea accipit mendacē,

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

Imperfectam, ac plane carnalem iustiam , quæ non potest in iudicio Dei constare. Ad hæc, deficit à spiritu sancto ad Satanam , qui dominatur carni. Postremo deïgit seipsum è celo, & coniicit se in infernum. Quid autem stultius , quid insipiens dici potest? quid item absurdius, quid incommodius homini accidit? Quare maxime cœendum est, ne deficiamus ab Euangelio ad Pharisaismum seu Papatum.

TAM MVLTA PASSI  
ESTIS FRVSTRA.)

Aliud incommodum, quod his accidit , qui deficiunt ab Euangelio ad pharisaismum, à iusticia fidei, ad iusticiam operum . Nam hi, quicquid aduersi patiuntur , frustra patiuntur. Afflictiones eorum nullam habent rationem coram Deo. Vide ergo mihi, quam miseri homines sint hypocrita & iusticiarij. Et quo significantius loquamur , sumamus pro hypocrita,

Mona

EXPLICAT. IOAN. BREN. 103

Monachum. Nam qui facti sunt Monachi, hi defecerunt à iusticia fidei ad iusticiam operum. In baptismo enim suscepserunt Christum, induiti sunt Christo, ut habeant propter ipsum remissionem peccatorum, ac ueram iusticiam. Postquam autem tradiderrunt se monasticæ professioni, quam iudicauerunt esse ueluti nouum baptismum, defecerunt à Christiana iusticia ad operum iusticiam. Deinde necesse habuerunt multa aduersa ferre: primum quidem, ut homines adhuc uiuentes in hoc mundo, quia sicut avis ad uolatum, ita homo nascitur ad miseriam, & calamitates feras; deinde ut Monachi, qui suscepserunt multas spontaneas cruces, ieunia, uigilias, chaumenias, & id genus alia. Quid ergo de his afflictionibus dicemus? Audi iudicium Pauli: Tam multa, inquit, passi estis frustra. Hæ afflictiones prorsus fuerunt frustranæ, ac fuerunt martyria, ut ita dicamus.

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

Satanæ, nō passiones Christi. Quod de monachis dictum est , hoc intelligendum erit de omnibus hypocritis, de omnibus hominibus , qui nullam habent cognitionem Christi , & sentiunt se iustificari propter merita operum . Ergo frustraneæ sunt omnes passiones & afflictiones Papistarum, Iudæorum , Turcarum, adeoq; omnium impiorum . Inter Gentes multis honestis viris illatæ sunt maxima iniuriæ. Et adhuc Turcæ interdū affligunt se inuicem grauissime . Sic & inter Iudæos potentior opprimit impotentiem, ac honestiorem se. Sed quia hi, qui patiuntur aduersa, ignorant Christum , & fidunt carnali sua iusticia , frustraneæ sunt omnes aduersitates & afflictiones eorum coram iudicio Dei . Non solum autem afflictiones , sed etiam omnia opera hypocitarum sunt uana. Quid ergo faciendum est , ne tantæ actiones & afflictiones sint superuacaneæ , & uanae;

næ: Non est sentiendum, quod repudiemur iusti corā Deo propter actionum aut passionum nostrarum iusticiam, sed tantum propter iusticiam Christi. Sic enim, quicquid nobis deinceps aduersi acciderit, sanctificat Christi passiōe, & dicimur unā cum Christo pati, ut & unā cum ipso glorificemur. Quod autem Paulus addit: SI MODO FRVSTRA, hanc habet sententiam: Etsi certum est, quod qui deficit ab Euangelio ad legem, à iusticia fidei ad iusticiam operum, frustra patiatur afflictiones suas, tamen optime spero de uobis, q̄ aut non omnino defeceritis, aut mox resipiscatis, ne frustrane sint passiones, quas propter Christum tulistis.

QVI IGITVR SVBMINISTRAT  
VOBIS SPIRITVM, ET  
OPERATVR.

Redit Paulus ad argumentum superius positum, ut paret sibi uiam ad

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

alia argumenta, quæ sequuntur, de iusticia fidei. Accepistis, inquit, spiritum sanctum, qui & fuit efficax in uobis, ac operatus est multas uirtutes, partim in edendis miraculis, partim in instituenda uite honestate, hunc, inquam, spiritum sanctum accepistis non ex operibus legis, aut ex carnali iusticia, sed ex prædicatione Euangeli, quod gratis affert iusticiam propter Christum per fidem. Manifestum igit̄ est per experientiam & per cœlestia miracula, quod reputemur iusti non propter operum merita, sed propter Christum per fidem. Hic ergo uide, q̄ facilis sit lapsus à Christianismo ad pharisaismum & Papatum. Hi Galatæ ediderant miracula, postquam acciperunt fide Christum per prædicationem Euangeli, & tamen deficiunt tam facile à doctrina Euangeli ad doctrinam de meritis operum. Magna ergo diligētia opus, & sollicitè cum Deo ambulandum est, & conseruemur

EXPLICAT. IOAN. BREN. 704

mur in synceritate doctrinæ Euangelij.

(QVEM ADMODVM ABRAHAM  
CREDIDIT DEO.)

Aliud argumentum, quod reputemur iustitatum per fidem propter Christum, & non propter merita operum. Iustificamur exemplo Abrahæ: Abrahæ enim dicitur pater multarum gentium, & propositus est toti orbi in exemplum. Sed Abraham Abrahæ ex iustificatus est tantum per fidem. Quia emplo iusti re & nos tantum per fidem iustifica- ficamur, mur. Probatur autem ex Genesi cap. decimoquinto, quod Abraham tan- tum per fidem iustificatus sit. Scri- ptum est. n. Abraham credidit Deo, & reputatus est ei in iusticiam. Idem argumentum copiose tractatur in epistola ad Rom. cap. iiiij. Et quia hæc sententia, una ac precipua est ex illis, quibus confirmatur ueritas totius religionis nostræ ac Christianismi, ideo non est oscitanter prætereunda, sed

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

diligentissime excutienda, ac singula  
etiamnum uerba ponderanda. Abra-  
ham enim conquerebatur in Genesi  
Deo, quod non haberet hæredem:  
Non dedisti, inquiēs, mihi semen, sed  
uernaculus meus hæres meus erit.  
Statim autem Deus respondit, non il-  
lum hæredē fore, sed eum, qui egres-  
surus sit de utero ipsius. Ac ut fidem  
illiis aliquo signo confirmaret, edu-  
xit eum foras, iubens suspicere cœlū,  
& numerare stellas: Sic, inquiens, e-  
rit semen tuum. Quid ergo adhuc A-  
braham? Credidit, inquit scriptura,  
Deo, & imputatum est ei in iusticiā,  
Abraham fuit uir magnus, ac heros,  
& quanquam initio etiam ipse una-  
cum parentibus suis sectatus est ido-  
latriā, quemadmodum scriptum est  
Iosuæ xxiiij. tamen ab idolatria con-  
uersus, multa eaq[ue] sanctissima fecit  
opera. Nam dereliquit patriam, &  
cognitionem suam, iuxta mādatum  
Dei, & profectus est in regiōem ipsi  
ignotam.

ignotam. Adhæc, instituit in terra Ca-  
naan altaria, hoc est, diuinos cultus,  
& publica sacra, ut est in Gene. cap.  
xij. Præterea fuit vir māsuetissimus,  
& patientissimus, maluitq; Lothro  
cognato suo cōcedere optimam par-  
tem terræ, quam cum ipso contendere  
re. Deinde gessit bellum paucis uer-  
naculis ad militiam instructis, aduer-  
sus quatuor reges, ut seruaret cognā-  
tum suum Loth, & reliquos capti-  
uos. Dedit & decimas spoliorū Mel-  
chisedeco. Et quod est admirandum,  
non solum suscepit circuncisionem,  
sed etiam uoluit suum ipsius unigeni-  
tum filium Isaac, ex mandato Domi-  
ni ad sacrificiū mactare. Hæc & mul-  
ta alia fecit opera planè heroica, &  
longe omnīū sanctissima. Et tamen  
nullum horum operum tanti fuit, ut  
Abraham propter meritum eius iu-  
stificaretur eoram Deo. De nullo eo  
rum operum in scriptura dicit, Hoc  
bonum opus fecit Abraham, & me-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.  
ritus est propter ipsum iusticiam, seu  
remissionem peccatorum, & uitam  
æternam. Quæ ergo huius rei causa  
est: quia etsi Abraham his & alijs o-  
peribus habuit suam laudem coram  
humano iudicio, tamen non fuerunt  
perfecta opera coram Dño. Non  
enim habuit perfectam dilectio-  
nem Dei, nec perfectam dilectio-  
nem proximi. Propter peccatum  
originale non satisfecit huic diuinæ  
legi: Dilige Domínum Deum tu-  
um ex toto corde & tota anima,  
&c. & proximum tuum sicut te-  
ipsum. Quare iusticia operum A-  
brahæ fuit imperfecta, & non potu-  
it constare in iudicio Dei. Et tamen  
Deus reputauit Abramum maxi-  
mi, iudicauit eum iustissimum, & co-  
tulit in ipsum maxima omnium be-  
neficia. Quid igitur illud est, propter  
quod Abraham fuit Deo tam gra-  
tus, & Deus ipsum reputauit iustū?  
Hic habes manifestum testimonium  
scripturæ.

Scripturæ, quæ, postquam Deus promisit Abrahæ multiplicationem seminis, ait: Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iusticiam. Abraham multa optima & sanctissima opera fecit, non est autem reputatus iustus, quia illa fecit, sed quia CREDIDIT. Quid ad hæc dicemus: nonne & ipsum Credere seu fides est opus? Si ergo opera non iustificant, quomodo fides iustificat? Et fides quoq; ipsa est imperfecta in homine, etiam in Abrahamo, sicut & aliae uirtutes. Nemo enim tam perfetè credit, quam credere deberet. Quomodo ergo fides iustificat? Hic obseruandum est, quod etsi fides est præstantissimum omnium operum, & sanctissimus Dei cultus, quia tribuit Deo gloriam & honorem ueritatis, misericordiæ ac omnipotentiæ. Nam qui promissioni Dei credit, iungit Deum esse ueracem, clementem & omnipotentem. Hi sunt san-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

Fides, quo<sup>r</sup> etissimi cultus Dei; Sic de Deo senti-  
modo sit iusti-  
re, est ipsum maximè omnium hono-  
cia nostra rare, tamen quia fides est etiam im-  
perfecta in homine, non meretur iu-  
sticiam propter operis sui dignitatē,  
sed consequitur iusticiam propter  
imputationem, seu misericordiam  
Dei, & ut significantius loquar, pro-  
pter Christum, qui in omnibus pro-  
missionibus Dei comprehenditur.  
Vnde & scriptura dicit; Credidit A-  
braham Deo, et imputatum est ei ad  
iusticiam. Non dicit, Abraham meri-  
tus est iusticiam fide sua: Sed ipsum  
credere est ei imputatum pro iusti-  
cia, quia Abraham per fidem accepit  
Christum, semen promissum. Christus  
autē solus est perfecta iusticia.  
Etsi enim Christus non exprimitur  
disertis uerbis in ea promissiōe, quae  
ad Abraham hoc loco dicta est, tamē  
ubique fit mētio misericordiæ Dei,  
& promittitur liberalitas Dei, ibine  
cessē est Christum intelligi. Nulla e-  
nīm

nim est misericordia, nulla liberalitas Dei, nisi propter Christum. Et, In Christo omnes promissiones Dei sunt etiam & amen, ut Paulus ait. Ita que Abraham non meritus est iusticiam propter fidem, sed imputata est ei iusticia propter Christum, quē fide accepit. Nam quemadmodum in Arithmeticā, calculus per se minimi ualoris est, positus autem supra quartam lineam, designat mille florinos, nō propter ipsius materiam, sed propter positionē lineæ, ita in Theologia fides per se est imperfectum opus, sicut & alia bona opera per hominem facta, sed quia accipit Christum, reputatur & numeratur iam fides pro perfecta iusticia, nō propter operis dignitatem, sed propter Christum hoc fidei opere acceptum. Cæterum, cūm hoc loco fit sermo de iusticia, non est intelligenda de iusticia ciuili, seu externa. Ad hanc enim iusticiam non sufficit fides, sed necessaria

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

Es gehoret  
nul zur  
frumkut,

riæ sunt omnes aliæ bonæ uirtutes.  
Et de hac uere dicitur, quod multa  
necessaria sint ad iusticiam. Sed hoc  
loco intelligēda est iusticia, de care,  
qua Abraham cōstitit in iudicio Dei,  
& quam opposuit morti, & horro-  
bus inferni. Ad hanc iusticiam suffi-  
cit fides, seu Christus fide acceptus.  
Postremo et si hīc fit tantum mentio  
de Abraham, tamen exemplum e-  
ius ad omnes homines pertinet. Ro.  
iiiij. Non scriptum est propter illum  
tantum, imputatum fuisse illi, sed eti-  
am propter nos, quibus imputabi-  
tur credentibus, &c.

SCITIS Igitur QVOD QVI  
EX FIDE SVNT, HI SINT.)

Potest et tamen  
lis esse sylo-  
gismus, Sicut  
Abrahā, ita  
et ueri filij  
eius iustifi-  
cantur ex fi-

Hæc est Conclusio enthymem-  
tis: Abrahā credidit Deo, & imputa-  
tū est ei ad iusticiam, Ergo, quotquot  
credunt, seu sunt ex fide, hi sunt filij  
& hæredes Abrahæ: & quemadmo-  
dum ipsi imputata est fides ad iusti-  
ciam,

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 108

ciam, sic & illis imputatur, ut conse-  
quantur eam benedictionem, quæ  
promissa est Abrahæ. Hæc autem ui-  
dentur multis hominibus ociosa, su-  
peruacanea, ac etiam molesta. Alij e-  
nīm audiunt seu legunt conciones a-  
postolicas, fallendi tantum temporis fide.  
gratia. Quare non afficiuntur publi-  
cis concionibus, nisi quædam iucun-  
dæ historiolæ commimentur. Alij  
sentiunt sibi sufficere generalē quan-  
dam cognitionem externæ honesta-  
tis, nec requirunt certam & firmam  
cognitionem Christianissimi. Hi tan-  
tum ea consyderant, quæ docentur  
de bonis moribus, & p̄tant tum op-  
time prædicari, cùm scelera externa,  
exempli gratia, ebrietas, impostura,  
execratio per nomen Dei, seueriter  
reprehenduntur. Alij sentiunt iuxta  
referre, quid quis credat. Si nati es-  
sent inter Iudæos, manerent Iudei: Si  
inter Turcas, manerent Turcæ. Cùm  
autem nati sint inter Christianos, ser-

de: Veri at-  
tē filij Abra-  
ha u. t. o.  
credunt, Er-  
go. Qui cre-  
dunt iustifi-  
cantur ex

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

uant speciem Christianismi, donec a  
lia religio publice instituatur. Hi au-  
diunt conciones apostolicas tantum  
consuetudinis & publice honestatis  
gratia. Quare & his iniuncta & ina-  
moena est concio, de uera fide ac reli-  
gione Christianismi. Sed profecto  
haec est magna partim oscitantia, par-  
tim impietas. Homines enim creati  
& nati sunt, ut discant ueram religio-  
nem, & cognoscant uerum Deum,  
quo consequantur ueram beatitudi-  
nem. Non habebis, inquit, alienos de-  
os coram me. Et, Non assumes no-  
men Domini Dei tui inuicuum. Nec  
discenda tantum est uera religio, ut  
possimus coram aduersarijs homini-  
bus, nostram religionem defendere,  
& alienam impietatem refutare, sed  
ut per eam consistamus in morte, in  
horrore inferni, in iudicio Dei aduer-  
sus Satanam, & seruemur ab omni  
interitu. In hoc autem loco, quo Pau-  
lus tractat exemplum Abrahæ, ostē-  
dit

dit nobis fontē ipsum Christianismi,  
seu ueræ religionis , & iacit certissi-  
ma ac firmissima eius fundamenta.  
Quare , quæ hoc loco dicuntur , de-  
bent nobis præ omnibus huius ter-  
ræ opibus commendatissima esse,  
Et ut , quicquid id sit , intelligamus ,  
exponemus sententiam Pauli de A-  
brahamo copiosius. Nam Abraham  
is est , per quem restituta est in terris  
uera religio , postquam ea inter homi-  
nes post diluvium , & ædificationem  
turris Babylonicae , ac dispersionem  
eorum collapsa esset . Nec ulla est  
nunc in terris gens , quæ non sentiat  
Abrahamum fuisse uirum Deo acce-  
ptum , & ueræ religionis cultorem ,  
ac promissā ipsi & semini eius à Deo  
benedictionem. Ethnici , & Incircun-  
cisi quondam , qui coluerunt idola ,  
non habuerunt quidem Abrahamū  
pro uiro sancto , nec crediderunt reli-  
gionem eius esse ueram , horum au-  
tem impietas manifestior facta est , q

IN CAP. III. EPIST. AD GAL

ut nunc refutari debeat, et dij eorum  
euauerūt ut fumus. Nec quicquam  
de his dijs supereft, præter nuda no-  
mina. Vnde manifestissimum eft, c-  
os nec fuifſe , nec eſſe ueros deos.  
Sed hoc tempore, ſunt præcipue tria  
genera populum seu gentium. A-  
lij ſunt Iudæi, qui tamē , quia nullam  
habent politiam, uix merentur nunc  
dici, populus, ſed tantum fex populi:  
Alij ſunt Turcæ & Mahumetiftæ;  
Alij ſunt Christiani. Iudæi habent A-  
brahamum pro Patriarcha iſforum,  
& uiro sanctissimo. Similiter & Tur-  
cæ ſeu Mahumetiftæ gloriantur e-  
tiamnum de Abrahamo . Nam Ma-  
humetiftæ initio uocati ſunt Agare-  
ni, ab Agar ancilla Abrahæ, quæ ge-  
nuit Iſmaëlem, poſtea mutauerunt  
nomen ſuum in Sarracenos, ut ſigni-  
ficarent ſe eſſe de Saræ uxore libera  
Abrahæ. Quid autem Christiani de  
Abrahamo ſentiant, manifeſtius eft,  
quām ut hīc commemorari debeat.

Itaq

**EXPLICAT. IOAN. BRENT.**

Ita quod uides omnes gentes, quae nunc sunt, in hoc consentire, quod Abraham fuerit sanctus uir, & cultor uerae religionis, & quod Deus promiserit ipsi benedictionem gentium, ac uelit esse Deus seminis eius. Sed in hoc summa est dissensio, qui sint uerum semen Abrahæ, qui sint ueri successores, ueri filii, & haeredes benedictionis promissæ à Deo ipsi Abrahæ. Iudæi contendunt se esse uerum Abrahæ semen, ideoque uerum esse populum Dei, ac ueram habere religionem, Mahumetistæ similiter contendunt se esse ueros Abrahæ successores, ideoque accepturos benedictionem Abrahæ promissam. Hoc idem Christiani contendunt. Hanc ergo controuersiam Paulus ille, qui fuit ex Iudæis, dirimit nunc, & docet hoc loco firmissimo testimonio scripturæ, qui sint ueri successores, uerum semen Abrahæ, cui benedictio diuinitus promissa debeatur. Ac pri

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

mū hī qui ex Agar ancilla nati sunt,  
ut Agareni, non possunt dici uerum  
illud Abrahē semen, cui debeat ur be  
nedictio, quia scriptum est: Ence an  
cillam & filium eius, non enim h̄eres  
erit filius ancillæ, &c. De qua re in  
fra cap. iiiij. Itaque Mahumetistæ non  
sunt ueri successores Abrahæ, quan  
tum quidem ad genus ipsorum atti  
net, nec habent ueram religionem.  
Deinde nec Iudæi qui descendūt ex  
Abraham per Isaacum, sunt ueri suc  
cessores Abrahæ coram Deo, quia  
Deus non est respector personæ, &  
non conſyderat externam atq; car  
nalem successionem, si non accesse  
rit uera pietas. Ad Rom. cap. ix. dicit  
tur: Non omnes, qui sunt ex Israël,  
sunt Israël, neq; quia sunt semen A  
brahē, statim sunt filij. Qui ergo sunt  
ueri filij Abrahē? Sequitur. Non qui  
filij carnis, sed qui sunt filij promissio  
nis recensentur in semē. Et hoc loco  
dicitur, Qui sunt ex fide, hi sunt filij  
Abrahæ.

EXPLICAT. IOAN. BREN. III

Abrahæ: Scriptum enim est de Abraamo; Abraam credidit Deo, & reputatū est ei ad iusticiā. Atq; hoc Deus respexit in Abraamo. Non respexit in ipso, q; sit uir aptus generationi carnali, quod habuerit uxore. Itaq; nondum sunt ueri filij eius coram Deo, qui ex carne eius nati sunt. Nec respexit in ipso Circūcisionem. Ideoq; qui circunciduntur, nondum censentur ueri filij Abrahæ. Sed respexit in ipso, quod credidit promissiōni eius, quod habuit fiduciam misericordiæ propter Christum futurū promissæ, quod uidit in ipso Christum filium suum, per fidem. Hoc ilud est, quod Deus respexit, & reputauit ad iusticiam in Abraamo. Quare ij ueri dicuntur filij Abrahæ, & haec redes benedictionis diuinæ, qui sunt ex fide Abrahæ, hoc est, qui sectātur fidem eius, qui credunt promissiōni Dei de Christo, qui Christum agnoscunt per fidem, sicut Abraam agno-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.  
uit eum. Agnouit autem eum uentu-  
rum, seruatorem nostrum, qui nunc  
uenit, & impleuit, quæ de ipso per  
prophetas promissa extant. Soli igit  
tur Christiani sunt ueri successores  
& hæredes Abrahæ, ac habent uerā  
religionem in Christo, propter quē  
etiam consequuntur liberationem à  
morte, & æternam uitam. Abraam  
duplicia bona habuit, Alia corpora-  
lia, ut est terra Canaan, Alia spiritua-  
lia, ut est iusticia, & acceptatio diui-  
na. Spiritualia autem longè superant  
corporalia. Et carnales filij Abrahæ  
acceperunt hæreditatem bonorum  
corporalium. Spirituales autem filij  
eius, accipiunt hæreditatem spiritua-  
lum bonorum. Cùm igit̄ Christiani  
fiāt spirituales filij Abrahæ per fidē,  
accipiunt etiam pro hæreditate iusti-  
ciā, quam Abraam per fidem habuit.  
PRAEVIDENS AVTEM SCRIPTV-  
RA, QVOD EX FIDE GEN-  
TES IVSTIFICET.

Paulus

Paulus probauit exemplo Abrahæ, quod reputemur iusti corā Deo, & simus accepti, non propter opera legis, & merita eorū, sed per fidem, propter Christum Abrahæ promisum. Posset autem sycophanta quispiam contradicere, ac exemplum Abrahæ ita inuertere, ut contendere id pertinere tantum ad carnale sēmen Abrahæ, quod legem faceret, & ad eos, qui etsi non sunt de familia Abrahæ, suscipiunt tamen legem faciendam, non ad eas gentes, quae nec sunt de externa familia Abrahæ, nec suscipiunt legem familie Abrahæ diuinitus datam. Nam, quemadmodū parens quispiam, qui habet duos filios, alterum honestum, alterum dishonestum, etsi agnoscit honestum tantum pro filio suo, & dishonestum exheredit, tamen non reputat alienos à prosapia sua, pro filijs suis, etiamsi honestiorem uitam ducant, quam sui naturales liberi, nisi magnis meritis.

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

tis consequantur , ut adoptentur in  
filios: ita quanquam Deus non agno-  
scit impium Iudeum pro filio Abra-  
hæ, tamen non agnoscit etiam alienū  
à prosapia Abrahæ & à lege , quæ  
huius familiæ data est , pro filio Abra-  
hæ, nisi is antea mereatur iusticia sua,  
ut adoptetur in filium . Necesse igit  
erit, ut si gentes, quæ sunt alienæ à fa-  
milia Abrahæ, uoluerint sibi exēplo  
Abrahæ polliceri iusticiam ex fide,  
consequantur id prius meritis suis,  
& suscipiant legem faciendam , quo  
adoptentur in filios , & fruantur re-  
bus Abrahæ promissis . Hæc sunt,  
quæ ad ea , quæ superius dicta sunt,  
objici possent. Paulus igitur respon-  
det nunc ἡγδὺ πορφῷ , & docet testi-  
monio scripture , quod non sit neces-  
se, ut gentes suscipiant legem Mosi  
faciendam, nec possint mereri operi  
bus , ut reputentur iusti ad exemplū  
Abrahæ , Sed eos iam esse filios A-  
brahæ, & iustificari exēplo Abrahæ,

si

si sectātur Abrahæ fidem. Præuidēs  
(inquit) scriptura, quod Deus iustifi-  
cet Gentes ex fide, præeuangelisauit  
Abrahæ, Benedicentur in te omnes  
Gentes: hoc est, Spiritus sanctus pru-  
dentissime intellexit ac præuidit fu-  
turos quosdam, qui dicturi essent,  
Gentes, nisi susciperent legem Mosi,  
& mererentur beneficia Dei suis o-  
peribus, nō posse exemplo Abrahæ  
per fidem iusti reputari. Idcirco uo-  
luit hanc calumniam præcauere, &  
adnunciauit ac reuelauit Abrahæ E-  
uangelion de Christo, antequam A-  
braham egressus esset ē patria sua,  
& dum adhuc in Idolatria hæreret,  
priusquam etiam circuncisus esset,  
ac longè antequam lex Mosi esset da-  
ta. Dicit enim ad Abrahamum ad-  
huc in patria sua existentē: Benedicē  
tur in te uniuersæ cognatiōes terræ,  
Gen. xij. Cūm ergo Euangelion de  
benedictione in Christo adnuntiatū  
sit Abrahæ sine lege, ante legem, an-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

te etiam circuncisionem, immo ante egressus fuerat in patria sua, hoc est, ante omnia operum merita; cunque in eo Euangelio promittatur benedictio per Christum, non tantum ipsis Abraham, sed etiam omnibus gentibus, omnibus cognationibus in toto orbe terrarum, Omnes, inquit, gentes benedicentur in te, hoc est, in semine tuo, qui est Christus, manifestum est, quod sicut Abraham fuit coram Deo iustus reputatus tantum per fidem propter promissum Christum, ita etiam gentes reputentur iustae tantum propter Christum per fidem, non propter merita operum legis. Itaque exemplum Abraham pertinet non ad Iudaeos tantum, qui sunt in carnali semine Abraham, uerum etiam ad omnes gentes totius terrae, ut quotquot sunt ex fide, hoc est, quotquot credunt in Christum, sicut Abraham credidit, benedicantur seu consequetur benedictionem, iusticiam, & felicitatem.

licitatem, cum fidieli Abrahomo, etiā si non fuerint de carnali prosapia Abrahæ, nec suscipiant legem Moysi faciendam. Multa in his paucis uerbis Pauli obseruanda ueniuunt. Primum, cùm promittitur Abrahæ: IN TE benedicent omnes familiae, omnes gentes terræ, recte intelligendū est illud, quod dicitur, IN TE Iudei enim, ut sunt populus carne suffocatus, ita etiam carnaliter intelligunt. Sentiunt enim, quòd Deus promittat Abrahæ, omnes gentes laudatas esse Iudeos, propter Abrahamū, quòd sint de familia eius prognati. Sed hæc est magna uanitas. Nonnulla quidem laus & benedictio fuit coram hoc mūndo, natum esse de externa familia Abrahæ, sed Deus in cœlo non respicit externam cognationem. Nec Abraham ipse intellexit hanc promissionem de sua persona, quippe qui optime cognouit, se nullam habere in persona & natura sua

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

ueram benedictionem. Quare quod dicitur IN TE, intelligendum est de semine Abrahæ, nec de quouis semi- ne, sed de Christo , quemadmodum Paulus postea perspicue ostendet. Cùm igitur dicitur: Benedicentur in te omnes cognationes & gentes ter- ræ, hanc habet sententiam, In semine tuo, non quouis, sed Iesu Christo, cō- sequentur benedictionē omnes gen- tes, quotquot recipiunt ipsum per fidem . Deinde benedictionem hoc loco promissam Iudæi exponunt de benedictione corporali, uidelicet, q̄ qui sunt de externa prosapia Abra- hæ, habituri sint prosperam in hoc se- culo fortunam, ac fœlicē rerum sua- rum successum, consecuturi sint re- gnum terræ, & uictoriam super ho- stes suos. Atq̄ hæc corporalis bene- dictio, beneficium quidem Dei est, sed ut non est summum ac præcipiu- um, & nec Abrahā ipse semper fuic- in hac terra in rebus externis fortu- natus,

EXPLICAT. IOAN. BREN. 116  
natus, ita Deo neminem acceptum  
reddit. Quare quæ hoc loco de bene-  
dictione dicuntur, præcipue intelli-  
genda sunt de spirituali benedictio-  
ne, de iusticia corā Deo, de remissio-  
ne peccatorū, de liberatione ex mor-  
te, de resurrectione à morte, de q̄ æ-  
terna uita & fœlicitate. Itaq̄ cùm di-  
citur, In te benedicentur omnes gen-  
tes, sensus est, In Christo consequen-  
tur omnes gētes, quotquot in ipsum  
credunt, remissionem peccatorum,  
iusticiam coram Deo, (reputabun-  
tur n. coram ipso iusti propter Chri-  
stum per fidem) uictoriā super mor-  
tem, resurrectionem à morte, adeo-  
que æternam uitam & fœlicitatem  
in cœlis. Hæc est summa, optima, &  
præcipua benedictio, qua nulla ma-  
ior excogitari potest. Postremò, cū  
Paulus dicit, περιβαλλοντος τῷ ἀβρα-  
μ, (hoc est, antè adnunciauit Euangeli-  
on ipsi Abrahæ) perspicue signi-  
ficat, Abrahamum fuisse uirum Euā

IN CAP: III. EPIST. AD GAL.  
gelicum, et Christianum, priusquam  
Euāgelion sparsūm est in orbem ter-  
ræ per Apostolos. Atq; hoc loco ma-  
nifeste uides, quod unum & idem sit  
Euangelion, nostrum, ac Patriarcha-  
rum, quodq; una et eadem sit religio  
nostra, ac Patriarcharum. Vides itē  
omnes ueteres Patriarchas necesse  
habuisse Euāgelicos & Christianos  
esse, ut ueram iusticiam, & salutem  
consequerentur. Etsi enim Euange-  
liō de Christo, paulo obscurius apud  
ipso adnūciatum est, tamen pror-  
sus idem est Euāgelion. Ab Adamo  
usq; ad Abrahamum, hæc erat con-  
cio Euāgeliū inter Patriarchas: Se-  
men tuum conteret caput serpentis.  
Deinde in Abrahamo instituta fuit  
paulo clarior concio Euāgeliū, vide  
licet, In semine tuo benedicentur om-  
nes gentes terræ. Et hoc fuit Euānge-  
liō de Christo, quo usi sunt Patriar-  
chæ post Abrahamū, & ex quo Pro-  
phetæ multas pulcherrimas & uti-  
lissimas

**EXPLICAT. IOAN. BREN.**

116

lissimas conciones de Christo texuerunt. Nam quod Dauid inquit, Dominabitur a mari usque ad mare. Et, In omnem terram exiuit sonus eorum, manat e fonte huius promissionis; benedicentur in semine tuo omnes gentes. Similiter quod Esaias concionatur, omnem populum tempore Messiae iustum fore, & non amplius inter Esaies. 50. rauenturas calamitates, non audient clam ultra uocem fletus & clamoris, & id genus multa alia, originem suam habent ex hac promissione, Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Prophetae enim uerbum benedictionis per spiritum sanctum optimè ac rectissimè intellexerunt, &c.

**NAM QVOTQVOT EX OPERIBVS LEGIS SVNT.)**

Hactenus probauit Paulus, quod iusticia coram Deo contingat tantum per fidem propter Christum. Nunc probat *βιαίω* quodam, quod fieri non

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

possit, ut iusticia coram Deo continat propter opera legis, seu propter merita bonorum operum, quæ homines faciunt. Vos Pseudoapostoli, uos hypocritæ, uehementer contenditis hominem iustificari & seruari coram Deo, quod faciat opera legis: at ego contra probabo, hominem ideo iudicari impium, & maledici ac damnari, quod faciat opera legis. Quotquot (inquit) sunt ex operibus legis, execratiōi sunt obnoxij, hoc est, Maledicti sunt, qui faciunt opera legis. Quid hac propositione absurdius dici uidetur? Sed Paulus probat eam testimonio scripturæ. Scriptum est enim Deutero. xxvij. (inquit) Maledictus omnis, qui non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quid audio? Quām absurdia uisa est antè propositio, tam impertinens & inconueniens uidetur nunc probatio. Hæc enim est sententia: Maledictus omnis, qui non sicut

cit legē, ergo maledictus omnis qui legem facit. Affirmativa probat per negatiuam. Quid magis inconueniens uidetur? Sed si sententiam Pauli recte intellexeris, perspicies eum optime & conuenientissime argumentari. Quare, quo sententia fiat magis perspicua, ordinabimus hanc argumentationem in legitimum Syllogismum, qui talis est.

Omnis, qui non permanerit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, est maledictus. Hæc est maior propositio, sumpta ex Deut. cap. uigesimo septimo.

Sed omnis, q̄ est ex operibus legis, II.  
seu facit opera legis, non permanet  
in omnibus quæ scripta sunt in libro  
legis. Hæc est minor propositio, quā  
Paulus omittit.

Ergo, omnis qui est ex operibus, III.  
seu facit opera legis, maledictus est.

Paulus utit Enthymemate, quod  
sit hoc loco perfectus syllogismus, si

IN. CAP. III. EPIST. AD GAL.

addatur Minor propositio. Videamus nunc sententiam propositionum ex ordine. In Deut. cap. uigesimo septimo, dicit Moses, iuxta Hebræam ueritatem: Maledictus, qui non implet uerba legis huius, ad faciēda ea. Iuxta Græcam uero tralationem, (qua usus est Paulus, propterea quia Græcè scripsit hanc Epistolam) sicut legitur: Maledictus omnis homo, qui non manet in omnibus uerbis legis huius, ut faciat ea. Eadē prorsus sententia, cum Hebræa ueritate, quanque alia uerba leguntur. Ex hoc autem loco manifestum est, quod ad ueram et perfectam impletionem legis nō sufficiat externa unius aut alterius precepti obseruatio, sed requiritur perfecta & consummata totius legis obseruatio, & qui non seruauerit totā legem, tam interne, puro corde, & totis sanctis viribus, quam externe perfectis operibus, is maledictioni obnoxius est. Dicit enim lex: Dilige Domini

Dominū Deum tuū ex toto corde,  
ex tota anima, Et proximum sicut te  
ipsum. Hęc sunt generalia pręcepta,  
quæ includuntur in omnibus alijs prę-  
ceptis Dei, & quæ in quoquis manda-  
to Dei subintelligenda sunt. Exem-  
pli gratia. Pręceptum Dei est, Non  
assumas nomen Dei tui inuanum.  
Hoc pręcepto exigitur inuocatio &  
confessio nominis Dei. Non sufficit  
autem ut ore tantum inuoces nomē  
Dei, & ut confitearis Deum extra  
pericula, sed requiritur, ut diligas  
Dominum Deum tuum ex toto cor-  
de, hoc est, ut inuoces Deum, nulla  
prorsus dubitatione, sed plena fidu-  
cia, sine omni tergiuersatione aut hæ-  
sitatione. Quod si quid hesitaueris,  
iam nō est dilectio Dei perfecta, nec  
inuocatio nominis eius syncera. Prę-  
terea exigitur, ut non solum cōfitea-  
ris nomen Dei extra persecutionē,  
sed etiam in media ipsa persecutio-  
ne, präsentanco uitę tuę periculo,

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

idq; non rebellante animo, non tentante corde, non repugnante cogitatione, sed ex toto corde, ex tota anima, & omnibus viribus. Aliud præceptum Dei, Non occidas, Hic non sufficit, ut non occidas hominem manu, sed quia Deus præcepit hanc legem, diligēdus est Deus ex toto corde, obsequendum est præcepto Dei ex tota anima, ut non solum non occidas proximum, uerū etiam ut diligas eum propter Deum, quē admodum tu te ipsum diligis, hoc est, necesse habes & amicum & inimicum ita diligere, ut ex syncero & candido affectu ipsis benefacias, & sanguinem tuum, si ita Deus uocauerit, pro salute eorum effundas, idq; facias, nulla cordis tergiuersatione, sed plena & perfecta obedientia. Quod si non feceris, maledictus es, etiam si non occideris inimicum, sed benefeceris ei ex ternis operibus. Lex enim Dei, inquit Paulus, est spiritualis, & exigit omnia

omnia in homine spiritualia , sancta,  
pura, munda, perfecta et consumma-  
ta. Quod si quid immundi repertum  
fuerit, continuo abiicitur, & damna-  
tur totum opus . Lex enim Domini  
tales requirit, qualis ipsa est , nimirū,  
sancta & immaculata . Et Deus est  
ignis consumens , Nihil potest ferre  
sordium. Quare maledictū est, quic-  
quid non est perfecte purum & san-  
ctum . Habes maiorem propositio-  
nem, quæ est in Deut. cap. xxvij. Au-  
diamus nunc minorē: Omnis, qui est  
ex operibus legis, seu qui facit opera  
legis, is non facit, non implet ea per-  
fecte . Hanc propositionem Paulus  
in hac argumentatione omittit, quia  
probauit eam abunde satis in Epi-  
stola ad Rom. cap. i. ij. & ii. Ratio igi-  
tur huius propositionis est, quia quā  
diu sumus in hac uita, habemus car-  
nem, obrutam & infectam adhuc a-  
ctu peccati originalis . Etsi enim rea-  
tus peccati originalis remittitur no-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

bis per fidem, in baptismo, tamen aetius huius peccati manet, quandiu caro manet. Caro autem semper pugnat cum spiritu. Et, Affectus carnis iniuricitia est aduersus Deum. Nam legi Dei non subditur. Siquidem ne potest quidem. Ac iterum dicit Paulus: Noui quod non habitet in me, hoc est, in carne mea bonum. Et mox, Non quod uolo, facio bonum, sed quod non uolo malum, hoc ago. Similiter & David: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificatur in conspectu tuo omnis uiuens. Moses ad mare rubrum consistens, inuocauit nomen Domini, quod est mandatum in secundo praecepto Decalogi. Nunquid ergo faciendo hoc opus legis, impleuit legem? Minime omnium. Et si enim reputatus fuit iustus coram Deo per fidem, tamen si opus operatum inuocationis per se consideraueris, non fuit perfectum opus, quia non fuit sine hæsitatione, sine rebellione carnis,

EXPLICAT. IOAN. BREN. 118

carnis, sine præsentia peccati origina  
lis. Itaque faciendo hoc opus legis, non  
fecit legem. Similiter dicendum est  
de eo opere, quo non affectauit uin-  
dictam aduersus inimicos suos. Israe-  
litæ enim aliquoties insidiati sunt ui-  
tæ eius, & uoluerunt eum lapidibus  
obruere. Moses autem remisit eis  
hanc iniuriam, nec appetiuit uindictam,  
sed potius benefecit eis: Aut dimit-  
te, inquiens, eis hanc noxam, aut de-  
le me de libro uiuentium. Quid igitur  
dicemus: Num Moses impleuit  
hanc legem, Diliges proximum tuum  
sicut te ipsum, perfectè? Si opus i-  
psum respexeris, non fuit perfectum  
opus, quia caro restitit spiritui san-  
cto. Faciendo igitur hanc legem, non  
fecit eam: Idem est dicendum de ope-  
ribus aliorum sanctorum. Quod si  
sanctorum opera per se non sunt per-  
fecta, nec impletant legem Dei absolu-  
te, multo minus impletent eam opera  
hypocitarum & impiorum. Manife-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

stum igitur est, q̄ qui sunt ex operi-  
bus legis, seu qui faciunt opera legis,  
non faciant legem, nec permaneant  
in omnibus quæ lex præcepit, ideoq̄  
quantum ad opera eorum & seueri-  
tatem legis attinet, sunt obnoxij ma-  
ledictioni. Itaq̄ tantum abest, ut iusti-  
cia & salus contingat nobis ex operi-  
bus legis, ut potius hi qui faciunt le-  
gem sint maledicti & damnati. Quid  
autem ad hæc absurdissima, ut appa-  
rent, dicemus? An non statim, cūm  
hæc dicuntur, uenit auditori in men-  
tem, si damnatus est, qui facit opera  
legis, seu bona opera, nunquam igif  
in æternum faciam bona opera: Ego  
alioqui mallem in peccatis uiuere, q̄  
operam dare honestati. Nunc igitur,  
quia audio, eum damnatū esse, qui  
facit bona opera, diligenter cauebo,  
ne unquam aliquid boni faciam. Et  
hæc quidem solent auditoribus in-  
mentem uenire. Sed lōge alia est sen-  
tentia spiritus sancti in Paulo. Nam  
Paulus

Paulus hoc loco non agit de bonis operibus inter nos in hac uita faciens: Certus enim & fixus est sermo, quod necesse habeamus in hac uita bona opera, quae Deus præcepit, facere, Sed agit de bonis operibus iudicio Dei opponendis. Qui enim sic faciunt bona opera legis, ut sentiant ea esse perfecta, & posse constare in iudicio Dei, hi bene operando maledicti & damnati sunt. Vnde si Moses opposuisset iudicio Dei opus inuocationis suæ, & sensisset, se huius operis merito cōsequi liberationem, certe inuocando, nō inuocasset Deum, ac maledictus fuisset. Quid ergo agendum est, inquires, ut siquidem omnino bona opera facienda sunt, nō maledicamur & damnemur, sed consequamur benedictionem, & opera nostra grata sint Deo? Primū, credendum est, q̄ accepti simus Deo non propter nostra opera, sed propter Iesum Christum, Deinde sentiendum est,

Q

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

quod opera bona quae facimus, non  
sunt perfecta coram Deo iusticia, sed  
tamen placeant Deo, propter Chri-  
stum, quem in nobis inuenit per si-  
dem. Atque hoc est uere legem Dei fa-  
cere ac implere, uidelicet, ut credas  
te acceptum esse Deo propter Chri-  
stum, & sancta opera tua placere  
Deo, non propter dignitatem & per-  
fectionem operū, sed propter Chri-  
stum, qui solus est iusticia & sanctifi-  
catio nostra.

QVOD AVTEM IN LEGE  
NVLLVS IVSTIFICETVR  
APVD DEVVM.)

Sequitur aliud argumētum, quo  
Paulus probat nullum hominēm es-  
se Deo acceptum, aut reputari co-  
ram Deo iustum, propter opera le-  
gis, seu merita bonorum operum.  
Hæc autem res diligentissime in Ec-  
clesia urgenda est, ut & natuam  
nostram impietatem probe cognos-  
camus,

**EXPLICAT. IOAN. BRENT.**

camus, & Christum, ueram nostram iusticiam, ardenter inquiramus. Cæterum, Paulus accipit hoc loco argumentum, è testimonio Prophetæ Abacuc: Iustus, inquiens, ex fide uiuet. Hoc testimonium scriptum est in Abacuc cap. ij. quod & Paulus tantæ autoritatis esse iudicauit, ut in epistola ad Romanos usus sit hoc testimonio pro propositione & statu præcipuae partis eius Epistolæ, ad quem statum referat omnia argumenta de iustificatione per fidem. Quare & nos debemus hoc testimonium summa diligentia & cura obseruare. Ac initio recitatibus argumentū, quod Paulus ex hoc testimonio Prophetae texuit.

Luxta sententiam Prophetæ seu spiritus sancti, iustus uiuit ex fide, seu homo iustificatur & uiuiscatur ex fide: luxta sententiam autem legis, homo iustificatur ex operibus, & nisi quis opera perfecte fecerit, non po

*Maior.*

**Q. 2**

IN CAP. III. EPIST. AD GAL  
test habere iusticiam ac uitam per le  
gem, sed est maledictus.

Minor,

Conclusio.

Nullus autem hominum facit o  
pera legis perfecte.

Nullus igitur hominum iustifica  
tur & uiuiscatur ex operibus legis  
seu meritis operum, sed necesse est,  
ut iustificetur ex fide.

Hæc est sententia Pauli, cuius par  
tes nunc explicabimus. Nam quod  
ait, Iustus ex fide uiuit, et si alias co  
piose explicuimus hoc dictum, tam  
& nunc quædā dicemus de eo. Cùm  
enim de fide sermo est, non erit intel  
ligendum humanæ rationis figmen  
tum, sed firma fiducia ex Euangelio  
concepta, per spiritū sanctum, quod  
Deus sit nobis misericors & propi  
cius, propter Iesum Christum, non  
propter nostrorum operum merita.  
Et si enim uaria sunt genera Euange  
lij seu diuinarum promissionum, ui  
delicet, non solum de rebus spiritua  
libus, & de Christo, sed etiam de re  
bus

bus corporalibus. Vnde Abrahamo fuit promissa multiplicatio seminis, & regnum terræ Canaan, Israēlitis fuit promissa externa liberatio ē captiuitate Babylonica: omnes tamen promissiones, & omnia Euangelia respiciunt potissimum in hoc summum Euangelion, quod est de semine Abrahæ, in quo omnes gētes sunt benedicendæ, hoc est, de Iesu Christo. Nemo enim potest credere Deū daturum ipsi beneficia seu corporalia seu spiritualia, nisi credat Deum ipsi propicium esse. Deus autem nō est propicius, nisi propter Christum mediatorem. Quare unaquævis promissio Dei continet in se promissionem mediatoris Christi. Quid ergo affert nobis hæc fiducia, quod Deus sit nobis propicius propter Christū: iustus, inquit, ex fide uiuit. Primum, homo reputatur ex hac fide iustus, & fit acceptus Deo. Quid hoc fidei beneficio maius dici potest: Homi-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

nes, qui fuerunt sana mente prædicti,  
semper ab initio orbis terre, hoc unū  
studuerunt, ut haberent Deum pro-  
piciū, & fierent Deo accepti. Sen-  
serunt enim se habere omnem fœlici-  
tatem, si habeant Dominum propi-  
cium, & sint Deo accepti. Si ambula-  
uero in medio umbræ mortis, non ti-  
mebo mala, quoniam tu mecum es.  
Et, Dominus mihi adiutor, non time-  
bo quid faciat mihi homo. Alij igitur  
alias excogitârunt rationes, quibus  
faceret sibi Deum propiciū, & fie-  
rent ei accepti. Hypocritæ Iudaorū  
excogitârunt lucos, excelsa, & om-  
nia genera diuinorum cultuum, qui  
non tam magno labore quam sum-  
ptu constabant. Ethnici instituerunt  
uaria sacra, obtulerunt hecatombas,  
interdum etiam sacrificauerunt ho-  
mines. Hypocrite Christianorum, co-  
luerunt sanctos, uixerunt iuxta du-  
rissimas regulas ordinum monasti-  
corum, & innumera alia sacra fece-  
runt,

runt, quibus redderent sibi Deum propicium, & fierent Deo accepti. Sed hi omnes uranissimo labore & sumptu occupati sunt, nec his cultibus & sacrís satisfactum est uotis ipsorum. Nam una hæc Prophetæ Abacuc sententia docet, solam & ueram rationē, qua Deus fit nobis propicius, & nos simus accepti Deo. Iustus ex fide uiuit, hoc est, Homo fit Deo acceptus, & Deus reputat eū iustum, ac fit ipsi propicius, ex fide, uidelicet, si credat Deum sibi propicium & clementē else propter Christum filium Dei. Quod igitur alij nō potuerunt impetrare multis operibus, multis sacris, maximo sudore, labore, & sumptu, hoc cōsequitur credens tantum ex fide propter Christum. Deinde, homo non solum iustificatur, seu iustus reputatur coram Deo, & fit Deo acceptus ex fide, sed etiam uiuficatur ex fide. Loquimur autem nunc, non de corporali & ex-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

terna uita, quæ contingit homini ex anima : hæc enim est uita hominis Physici, sed loquimur de uita spiritua li, & æterna : huius enim uitæ anima est FIDES. Videamus igitur aliquas partes uitæ spiritualis : Ac una pars eius est, Cōsolatio & spes in aduersis huius seculi. Nam qui est animo desperato, & nullam habet consolationem, is uiuens mortuus est. Vnde ergo uenit nobis cōsolatio & spes in aduersis ? Non certe aliunde quam ex fide. Si enim credimus, q̄ Deus sit nobis propicius propter Christū, & quod eo accepti sumus, profecto manifestū est nobis, quod nulla aduersa possint nocere, sed q̄ Deus sit nos ex omnibus liberatus. Alia pars uitæ spiritualis est, certitudo liberationis ex morte. Et hæc uita contingit nobis ex fide, propter Christum, quia scimus Christum uicisse nobis mortem. Alia pars uitæ spiritualis est, Certitudo uitæ & fœlicitatis

citatis æternæ. Contingit & hæc ui-  
ta nobis ex fide propter Christum,  
quia Christus meritus nobis est re-  
surrectione sua , ut unā cum ipso in  
cœlo regnemus . Quare consequi-  
mur ex fide non solum iusticiam &  
acceptationem coram Deo , sed etiā  
ueram spiritualem & æternam ui-  
tam. Postremo consequimur etiam  
ex fide sp̄iritum sanctum , cuius du-  
ctu ambulamus in bonis operibus,  
quæ & ipsa pertinent ad cœlestem  
uitam. Peccata enim sunt mortifera,  
ac pertinent ad mortem. Opera au-  
tem iusticiæ pertinent ad uitam. Er-  
go qui credit in Christum , & uiuifi-  
catur per fidem, is etiam in hoc secu-  
lo ambulat in operibus uitæ , quæ  
sunt opera iusticiæ. Hæc pauca suffi-  
cient de hac sententia , Iustus ex fide  
uiuit . Nam tractauimus alias de ea  
copiosius. Quod uero Paulus addit:  
Lex aut̄ non est ex fide, &c. opponit  
inter se dictum propheticum , & le-

IN CAP. III. EPIST. AD GALA

gem, & habet hunc sensum: Propheta ex spiritu sancto affirmat hominem reputari coram Deo iustum, ac uiuere in conspectu Dei ex fide, adeoque contentus est fide ad consequendam iusticiam coram Deo. Lex autem non est ex fide, hoc est, lex non est contenta fide, nec exigit tantum fidem ad iusticiam & uitam, sed exigit perfectissima opera iustitiae. Dicit enim Leui, decimo octavo: Quis fecerit ea, uidelicet opera, is uiuit per ea. Et si quis ea non fecerit perfecte, tunc lex maledicit ac damnat eum. Non enim est contenta, quod quis glorietur de aliena iusticia per fidem, sed exigit propriam, eamque perfectissimam iusticiam. Cum autem nullus hominum praestare possit hanc iusticiam, perspicuum est, nullum hominem posse ex operibus legis, seu meritis operum iustificari. Vide ergo hic mihi admirabile pugnantiam Prophetarum et legis. Propheta dicit, hominem uiuere ex fide. Lex autem

aūt dicit, hominem uiuere ex operibus. Propheta dicit, hominem reputari iustum, & fieri Deo acceptum, aliena iusticia, quæ per fidem accipitur. Lex dicit, hominem fieri iustum & Deo acceptum per propriam iusticiam, quæ fiat operibus legis. Luxta sententiam Prophetæ, sufficit ad consequendam iusticiam & uitam, Credere. Luxta sententiam autem legis, non sufficit credere, sed exigitur ipsum operari, & lex dicit, Volo ut ad consequendam iusticiam & uitam, opereris legem perfectissime, alioqui maledictus eris. Quid ergo nos ad hæc dicemus? Cui accedemus? Num Prophetæ, an Legis? Certe huic accedendum est, ad quem nos ipsa Lex mittit. Tametsi enim lex ad consequendam uitam exigit propriam & perfectam iusticiam, tamen, cum sciat nos nō præstare eā, mittit ipsa met nos ad summum illum Prophetā, ē cuius spiritu alij Prophetæ pro-

IN CAP. III EPIST. AD GAL.

phetarunt, uidelicet, ad Iesum Christum: et iubet nos hunc audire, Deum decimo octavo, Prophetam suscabit tibi Dominus, Hunc audite, Is igitur Iesus Christus iussit nos in ipsum credere, & promisit nobis iuxta sententiam Prophetæ Abacuc, quod propter ipsum consecuturi simus ueram iusticiam & uitam.

CHRISTVS NOS REDEMIS AB EXECRATIONE LEGIS.)

Lex, inquit Paulus, non est ex fide, hoc est, lex non sentit sibi satisfiri, & se impleri per fidem, nec est contenta fide, sed ut sibi satisfiat, exigit perfecta opera, exigit facta ipsa. Qui FECERIT (inquit) ea, uiuet. Si quis autem non fecerit perfecte, huc maledicit & occidit. Dices ergo: Quis igitur saluus erit? Nullus enim hominum est, qui perfecte possit legem suis operibus implere: Ergo ne omnes homines maledicentur &

& occidentur : Ad hoc respondet nunc Paulus. Christus (inquietus) redemit nos à maledictione legis, dum factus est pro nobis maledictio. Hic mihi obserua, quod Paulus hoc loco tractet, non de asini umbra, non de consequenda sanitate corporis, aut externis facultatibus, quas res solas pene suspicit & admiratur hic mundus, sed tractat de negocio cognitu maximè omnium necessario, tractat de consequenda uera salute nostra, de uictoria super mortem, Satanam, & infernum . Quare non sententia tantum horum uerborum, sed etiam uerba ipsa diligentissime conseruanda sunt. Christus, inquit, redemit nos à maledictione legis . Videamus ergo primum, quae sit legis maledictio. Supra diximus, legem non contemtam esse fide, ad sui impletionem, & ad consequēdam iusticiam ac uitam, sed exigere facta ipsa, & opera perfectissima. Quod si autem non inuenit

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

perfecta opera, tūc primum iudicat  
hominem dignum ira Dei: deinde  
pronunciat eum dignum omnibus  
corporalibus & externis supplicijs:  
præterea iudicat eum dignum non  
tantum simplici morte corporali, sed  
ipsa in crucem suspēsione, & si quid  
hoc supplicio inter homines est hor-  
ribilis & abominabilis. Postremo  
pronunciat eum dignum, qui & pri-  
uetur omnibus cœlestibus bonis, &  
coniisciatur in perpetuam mortem,  
& damnationē, ac sempiternos cru-  
ciatus. Hæc est maledictio legis. Cū  
igitur nullus hominum impleat legē  
perfecte, manifestum est, omnes ho-  
mines esse per legem maledictos.  
Sed Christus redemit nos ab hac ma-  
ledictione. Videamus igitur nunc,  
quomodo nos redemerit. Additur,  
Dum pro nobis factus est maledi-  
ctio. Sic ergo redemit nos à maledi-  
ctione, quia factus est pro nobis ma-  
ledictio. Quomodo autem, inquires,  
fieri

fieri potuit , ut benedictum semen  
Abrahæ factum sit maledictio. Fieri  
quidem non potuit , ut ipsa benedi-  
ctio fiat maledictio. Sed Christus id-  
circo dicitur esse factus maledictio,  
quia suscepit in se maledicta suppli-  
cia legis propter peccata nostra. Nā  
quod ad ipsum attinet , nullum unqp  
peccatum fecit, ideoqp nulla maledi-  
ctio habet in ipso locum . Sed quod  
ad nos attinet, suscepit Christus in se  
supplicia nostrorum peccatorum. In  
lege autem horribilissimum, & abo-  
minabilissimum genus mortis fuit,  
suspensio in patibulum. Nam tantæ  
fuit abominationis, ut is, qui suspen-  
sus esset , iudicaretur contaminare  
& inficere aërem ac terram , si ultra  
diem in patibulo penderet: Ideoqp in  
stitutū fuit, ut eadem die deponere-  
tur de patibulo , Ne contamines , in-  
quit, terram tuam. Et additur, Male-  
dictus enim à Deo qui pendet in li-  
gno, hoc est, Supplicium patibulata.

IN CAP. III EPIST. AD GAL.

le est supplicium, ut cùm iudicetur  
coram populo Dei longè omnium  
horribilissimum & maledictissimum,  
dicatur etiam is qui in patibulum su-  
spensus est, coram Deo maledictus,  
& abominabilis. Porrò, Christus su-  
sccepit propter peccata nostra suppli-  
cium patibuli, & passus est se suspen-  
di in ligno, quemadmodum notum  
est. Quare recte dicitur, quòd factus  
sit propter nos maledictio. Præte-  
rea, supplicium patibuli, etsi fuit in-  
ter corporalia supplicia horribilissi-  
mum apud Iudeos, tamen longè hor-  
ribilius est supplicium conscientiæ,  
quod est terror inferni. Tolerabile  
esset aliqua ex parte, si quis suspen-  
sus in ligno, cognosceret certo, se sta-  
tim post mortem intraturum in pa-  
radisum & regnum cœleste, quod  
Latroni in cruce promissum erat,  
Sed hic intolerabilis est cruciatus, q  
quispiam sentit se etiam à Deo dere-  
lictum, nec aliter in corde suo affe-  
ctus

EXPLICAT. IOAN. BREN. 119

ctus est, quām si esset ipsi perpetuo pereundum, quod est supplicium omnium impiorum. Suscepit autem Christus in se & hoc suppliciū, quod est horror inferni, clamās, Deus meus, ut quid me dereliquisti. Cūm igitur hoc horrore nihil sit abominabilius & maledictius, rectissime dicitur, quod Christus factus sit pro nobis maledictio, quia hoc supplicium suscepit in se propter peccata nostra. Ex his uides, q̄ Paulus scribat hoc loco cōmentarium & expositionē passionis Christi. Deinde munit nos in omnib. aduersis, ac pr̄sertim instruit nos, quo possimus in iudicio corā tribunali Dei cōstare. Cūm enim accusator dicit, Tu peccator es, ergo habes maledictionē diuinæ iræ; Respondendū erit, Meritus sum ppter peccata maledictionē, sed Christus, in quem credo, redemit me à maledictione diuinę irę. Sic & in Corinthijs ait Paulus, Christus factus est p no-

R

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

bis peccatū, hoc est, hostia pro pecca-  
to, ut nos essemus in ipso iusticia. Et  
iter: Cūm accusator dicit, Peccator  
es. Dignus igit̄ es, q̄ nō solum affliga-  
ris morbo in corpore, sed etiā plecta-  
ris suspensione in ligno. Responden-  
dū erit. Fateor me dignū esse hac ma-  
ledictione: Sed Christus redemit me  
ab ea, quia ipse factus est pro me ma-  
ledictio. Redemit autem me, non q̄  
non debeam externa aduersa perfer-  
re, sed q̄ hæc non debeat nocere.  
Ac rursus cū accusator dicit: Pecca-  
tor es, merito igit̄ perpetuo dam-  
naberis. Respondendum est. Meri-  
tus sum damnationis maledictionē,  
sed Christus redemit me à maledi-  
ctione, dum ipse factus est pro me  
maledictio. Vides Paulum tradere  
nobis hoc loco talem scientiam, quæ  
superat omnes artes, & omnem sa-  
pientiam huius seculi.

UT IN GENTES BENEDICTIO  
ABRAHAE VENIRET.)

Hic

EXPLICAT. IOAN. BREN. 130

His uerbis exponit Paulus finem seu fructum eius maledictionis, quā Christus in se suscepit. Nam perimit ut suspenderetur in ligno, quae est in lege maledictio horribilissima.

Quam ergo ob causam, ad quem finem, & qua utilitate suscepit Christus in se hanc maledictionem: num suscepit eam ut suum aliquod scelus expiatet? Minime omniū, fuit enim longe omnium innocentissimus.

Num suscepit, ut tantum nobis exemplū esset, quo & nos aduersa patienter toleraremus? Reliquit quidē nobis exemplum, ut insequeremur uestigia eius, & aduersa patiēter sufferremus, sed præcipua causa, præci- pius finis hic est, ut per ipsum ueniret benedictio Abrahæ in gentes. Nam Abrahæ promissum est diuinitus, In semine tuo benedicentur omnes gentes, hoc est, Benedictio debet uenire super uniuersas gentes per semen Abrahæ. Hoc autem se-

R 2

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

men non fuit Isaac. Etsi enim Isaac datus est Abrahamo iuxta promissio nem, tamē propter Isaaci personam non uenit benedictio ad gentes. Sed semen Abrahæ , per quod uenit benedictio, est Iesus Christus. Ac uenit benedictio per Christum, non mediā te benedictione, hoc est, non terrena maiestate & fœlicitate, sed mediante maledictione, quam Christus in se suscepit. Hoc enim spiritus significauit iam inde ab initio orbis terræ, per sacrificia, & per afflictiones piorum. Nā in sacrificijs effundebat sanguis pecudum, qd adumbravit Christum effusurū sanguinem suum, ut gentes consequerentur benedictionem. Idē etiam significauerant Prophetæ, præ certum Esaias cap. liij . Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Et, Si posuerit animam suam hostiam pro peccato . Dices autem: Qualis ergo est hæc benedictio, quā gentibus cōsecutus est Christus ma ledi-

**EXPLICAT. IOAN. BREN.**

Iedictione sua : Num est benedictio corporalis: num est regnum exterum, & fœlicitas huius seculi; Sic somniant quidem Iudæi, & homines carnales. Sed Paulus hoc loco diserte explicat, qualis sit illa benedictio. Addit enim: Ut promissionem spiritus acciperemus per fidem. Hæc uerba interpretantur priora, & expoununt quæ sit illa benedictio, quæ uenit per Christum in gentes, & quam Christus maledictione sua nobis gentibus consecutus est . Non enim est corporalis & externa benedictio, nō est terrenum regnum, & carnalis fœlicitas, Sunt & hæc dona Dei, & habent suam dignitatem in suo genere, sed nec sunt præcipua, nec summa, nec optima . Vera autē benedictio, quæ uenit per Christum ad gentes, est promissio spiritus, hoc est, promissa bona spiritualia & cœlestia, non carnalia, non terrena. Quæ ergo sunt illa bona spiritualia & cœlestia?

**R** ,

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

Primum est, Remissio peccatorum,  
& imputatio iusticie, seu acceptatio,  
Christus enim impetravit sua male-  
dictione, ut gentes sint Deo gratæ  
& acceptæ, ac habeant coram Deo  
remissionem peccatorum propter  
Christum. Quod quale sit beneficiū,  
& qualis benedictio, hi proprie co-  
gnoscunt, qui torquentur iudicio dei  
propter peccata. Secundū est, Libe-  
ratio ex omnibus aduersis, ac mor-  
te ipsa. Christus enim impetravit ma-  
ledictione sua, ut gentibus nihil no-  
ceant quævis aduersa, siue morbus, si-  
ue mors. Hęc est maxima omniū con-  
solatio in omnibus afflictionibus.  
Tertium est, Spiritus sanctus, cuius  
virtute possimus ambulare in uoca-  
tione Dei, & inuocare Deum ut Pa-  
trem. Quartum est, Resurrectio ad  
uitam & fœlicitatem sempiternam.  
Hęc sunt, benedictio illa, quam Chri-  
stus meritus est gentibus sua maledi-  
ctione. Et hęc epilogo tantū breuissi-  
mo

mo indicata sunt, quæ si quis explica-  
re uellet, dies eum deficeret. Sed, in-  
quies, si Christus impetravit omni-  
bus gentibus tantam benedictionem,  
quid est, quod tot gentes pereunt, et  
non consequuntur hanc benedictio-  
nem Christi? De hac re admonet nos  
Paulus, cum non simpliciter dicit, ut  
promissionem spiritus accipere-  
mus, sed addit, PER FIDEM.  
Et si enim Christus, quantum in ip-  
so est, meritus est omnibus & sin-  
gulis gentibus benedictionem, ta-  
men non omnes accipiunt benedi-  
ctionem. Et, ut maiores nostri lo-  
quuntur: Christus passus est pro  
omnibus sufficienter, Sed non effi-  
cienter: hoc est, passio Christi suf-  
ficiens quidem est pro salute om-  
nium populorum, sed non est in o-  
mnibus efficax. Non enim omnes  
accipiunt eam. Nam alij prorsus  
contemnunt Christum, & sunt æ-  
goi, Non curant Deum, Non requi-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

runt filium Dei. Tantum curant terrena: Et sunt contemptores religio-  
nis. His nihil prodest benedictio  
Christi, quia non accipiunt eam. Alij  
sunt superstitionis & idolatræ, qui et si  
uidentur curare Deum, & cupere  
cœlestem benedictionem, tamen no-  
recte contendunt ad eam consequē-  
dam, quia sperant se consequi ipsam  
per opera legis, seu per merita ope-  
rum suorum, non per mediatorem  
Christum. Paulus uero dicit PER  
FIDEM. Benedictio enim merita  
per Christum, accipitur tantum per  
fidem, uidelicet, ut credat in Christū,  
quod propter te suscepit maledi-  
ctionem crucis & mortis. Pereunt  
igitur omnes ἀδειοι, et hypocrite, quia  
et si Christi passio per se sufficiens est,  
tamē illi non accipiunt eam, sed con-  
temnunt: hi cupiunt quidem accipe-  
re benedictionem, non quærunt au-  
tem eam per fidem propter media-  
torem Christum, sed per opera, pro-  
pter

EXPLICAT. IOAN. BREN. 159

pter merita operum . Ethorum ho-  
minum plenus est uniuersus mun-  
dus . Paucissimi enim sunt , qui pro-  
pter mediatorem Christū , per fidem  
ad benedictionem adspirant . Pauci  
igitur sunt electi , etiam si multi fue-  
rint uocati .

FRATRES , SECUNDVM HOMI-  
NEM DICO , HOMINIS LI-  
CET TESTAMENTVM .

Sequitur aliud argumentum ,  
quo probat Paulus , quod non de-  
tur benedictio propter opera le-  
gis , seu propter merita operum .  
Et est ductum à sanctitate seu fir-  
mitate Testamentorum . Fratres ,  
inquit , secundum hominem dico ,  
hoc est , adducam nunc argumen-  
tum ab humana consuetudine sum-  
ptum , quam homines in Testamen-  
tis suis obseruant . Nam Testamenta  
hominum , si fuerint legitima aut le-  
gibus approbata , sunt sacrosancta

R 5

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

& iniuiolata. Multo igitur magis Te-  
stamentum Dei est sacrosanctum &  
iniuiolatum , nec quicquam tam po-  
tens est , quod possit illud uiolare,  
aut abrogare . Domînus autem De-  
us noster condidit Testamentum cù  
Abrahamo, et semine eius. Et hoc est  
Testamētum Dei cum Abrahamo,  
quòd promisit Deus , in semine A-  
brahami benedicendas omnes gen-  
tes. Non dicit, in seminibus, Sed tan-  
tū in semine, qui est Christus . In nul-  
lo enim alio datur nobis benedictio  
præterquam in Christo Iesu per fidē.  
Lex autem Mosi data est longe post  
hoc Testamentum Dei, uidelicet, an-  
nos ccccxxx. Non potest igitur fieri,  
ut lex Mosi uiolēt, aut abroget Testa-  
mentum Dei : hoc est , fieri non po-  
test, ut mereamur benedictionē pro-  
pter opera legis Mosaicæ, cùm bene-  
dictio antea promissa sit gratis per fi-  
dem propter Christum. Quod enim  
datur ex gratia , non uenit ex meri-  
to.

EXPLICAT. IOAN. BREN. 114

to. Hic initio obseruanda erit sacro-  
sancta firmitas Testamentorum.  
Nam Testamentum, quod conditur  
iuxta leges, & confirmatur morte te-  
statoris, diligenter conseruandum est.  
Ad Romanos numerat Paulus ~~et omnes~~  
~~de nos~~, hoc est, pacta non seruantes, in-  
ter eos, qui dati sunt in reprobā men-  
tem. In horum catalogum etiam per-  
tinent hi, qui uiolant legitima mor-  
tuorum testamenta. Quid igitur di-  
cemus de horum Testamentis, qui  
instituerunt Missas pro peccatis, &  
alia impia sacra? Num & hæc Testa-  
menta seruanda sunt? Nulla certe im-  
pietas unquam seruanda erit, ac ma-  
gis prodest Testamenta prorsus ab-  
rogare, quam impietatem sectari. Sed  
in talibus Testamentis ea omnino san-  
cte seruanda sunt, quæ cum pietate ob-  
seruari possunt, ea autem dimitten-  
da quæ sunt impia. Voluerunt autem  
Testatores his suis institutionibus  
prodesse Ecclesiam, ac sunt, qui erra-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

uerunt quidem in delectu, non erra-  
uerunt autem affectu. Quare error  
**cor** corrigendus est, satisfaciendum  
autē erit pio affectui, & rectæ uolu-  
tati, ut abrogatis impijs sacris, ini-  
tuant & conseruentur ea, quæ Ec-  
clesiæ sunt utilia, & pietatem adiu-  
uant. Itaq; hi, qui nunc passim diripi-  
unt facultates Ecclesiasticas, nec con-  
serunt eas ad legitimum usum Eccle-  
siæ, sed uertunt eas in suum priua-  
tum commodum, uere sunt uiolato-  
res Testamentorum, & numerandi  
inter  $\alpha\sigma\omega\delta\epsilon\rho\upsilon$ , in reprobam mētem  
datos. Deinde diligenter notandus  
est hic locus Pauli de semine Abra-  
hæ. Interpretatur enim Paulus Se-  
men Abrahæ in hac promissione: In  
semine tuo benedicentur omnes gē-  
tes, de Iesu Christo. Etsi enim Iudæi  
intelligunt generaliter de tota poste-  
ritate Abrahami, tamen nobis est se-  
ctandus sp̄ritus Apostolicus, qui in  
Paulo & Petro interpretatur hoc se-  
men

men de Christo, Acto iij. Nec est aliud semē, in quo possimus ueram benedictionem consequi, præterquam in Christo Iesu. Præterea hoc præcipue consyderandum est, quod Paulus uocet promissionem Dei, TESTAMENTVM. Hoc enim cognomine significat non solum gratuitam clementiam promissoris, uerum etiam firmissimam certitudinem promissionis. Nihil enim inter humana pacta firmius censetur Testamento. Cūm igitur Paulus uocat gratuitam promissionem Dei, Testamentum, significat nihil ea posse firmius excogitari. Ac probe consuluit Dominus saluti nostræ, quod firmauerit eam super certitudinem promissionis seu Euangelijsui. Nam si Deus fundasset eam super nostra merita, tunc nunquam possemus esse de salute nostra certi, Necesse habemus semper dubitare. Nunc autem, ut certi essemus, fundauit eam super

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

firmitatem suæ promissionis, ut possemus in iudicio Dei constare. Quemadmodum enim, si cui in Testamēto legatum esset prædiū, nullo suo merito, sed tantum fauore testatoris, ac resisteretur ei ab aduersario, q̄ nullū haberet meritū, nec deberet accipere legatum, is certe fundaret se iure super Testamentum, & fateretur ingenue, se non quidem merito suo petere legatum, petere autem illud iure & certitudine Testamenti: ita si quis nostrꝝ reiçitur in iudicio Dei, q̄ non debeat accipere hæreditatem regni cœlestis, quia non sit meritus, is ingenue fateatur, se nullum habere meritum, sed tamen petere hæreditatem regni, ex firmitate & sanctitate Testamenti, in quo propter Christū sit ipsi legatum regnum cœlorum, ex mera clementia Dei. Huc accedit etiam, quod sicut Paulus argumentat à tempore legis datæ, ita possimus & nos argumentari à tempore monasti-

EXPLICAT. IOAN. BREN. 138

monasticorum ordinum , aduersus  
merita operum . Sicut enim Paulus  
dicit: Deus promisit benedictionem  
suam propter Christum ex miseri-  
cordia, quadringentis & triginta an-  
nis , priusquam lex Mosi data esset,  
Non possumus igitur mereri operi-  
bus legis Mosaicæ benedictionem: i-  
ta possumus & nos dicere, Christus  
passus est pro peccatis nostris, & ex  
piauit ea , plusquam sexcentis annis  
antequam Monastici ordines insti-  
tuerentur , & hypocritica opera ex-  
cogitarentur. Non possunt igitur ea  
opera expiare peccata nostra , nisi  
fortè diceremus , passionem Christi  
tanto tempore euanuisse . Sed hæc  
sentire maxima esset impietas.

NAM SI EX LEGE EST  
HAEREDITAS.)

Sequitur aliud argumentum ex  
contrarijs, uidelicet, lege & promis-  
sione, seu meritis, & gratia ductum.

IN CAP. III EPIST. AD GAL.

Et hoc argumentum nō solum expo-  
lit prius illud ab humana Testamen-  
torum consuetudine ductum, uerū  
etiam refutat ea, quæ priori obiecti  
possent. Dicet enim quispiam: Et si  
lex Mosi nondum fuit data tempore  
Abrahāmi, tamen Abraham habuit  
legem naturalem. Itaque iustificatus  
est ex operib. legis naturalis. Faciunt  
enim triplicem legem, uidelicet, legē  
naturalem, legem Mosaicām, & le-  
gem Euangelicām. Et dicunt Patriar-  
chas saluatos esse ex lege naturali, Ju-  
dæos, ex lege Mosi, Christianos au-  
tem ex lege Euangelica. Præte-  
rea, etiamsi Abraham non habui-  
set aliquot præsentia, aut præce-  
dentia merita, cùm acciperet pro-  
missionem hæreditatis, tamen Deus  
respexit in ipso sequentia merita, De-  
us uidit ipsum fore iustum & pro-  
bum, ideo promisit ei hæreditatem.  
Hæc & id genus alia solent ab impe-  
ritis, & defensoribus humanorum  
me,

meritorum obijci. Paulus uero uno  
hoc argumento omnia illa refutat. Si  
ex lege, inquit, est hereditas, non est  
ex promissione. At qui Deus donauit  
Abrahæ hereditatem per promissionem.  
Hic initio obserua hereditatem dici  
benedictionem in Christo promissa,  
& in omnes gentes uulgandam, ui-  
delicet, remissionem peccatorum,  
imputationem iusticiæ, liberationem  
à morte, & eternam fœlicitatem. Un-  
de & Abraham uocatur pater mul-  
tarum Gentium, & heres mundi, q  
per semen eius uenerit benedictio in  
totum orbem terræ. Quæritur ergo  
unde contigerit Abrahæ illa heredi-  
tas? ADomino Deo, inquires. Recte.  
Sed qua de causa dedit Deus hanc  
hereditatem Abrahæ? Respondeo:  
Donauit ei per promissionem, ut pa-  
tet in Gen. xij. Manifestum igit est, q  
non dederit ei hereditatem propter  
merita ipsius, sed ex mera gratia &  
gratuita clementia. Lex enim exigit

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

opera & merita operum, ideoque pro  
meritis operum hoc loco accipitur.  
Promissio autem uenit ex gratia &  
clementia, ideoque sumitur pro gratia  
& clementia. Quare, quod Paulus  
dicit, Si ex lege est haereditas, &c. ha/  
bet hanc sententiam. Si haereditas con/  
tigit Abrahæ propter merita sua, tunc  
non contigit ei gratuito. Meritum e/  
nim & gratia sunt inter se contraria.  
Manifestum autem est, quod haeredi/  
tas contigerit Abrahæ per promissio/  
nem. Ergo non ex meritis, sed tantum  
ex gratia, quia promissio uenit ex  
gratia. Idem argumentum est Rom.  
quarto. Si hi qui ad legem pertinent,  
haeredes sunt, inanis facta est fides,  
& irrita facta est promissio. Et cap.  
xi. Quod si per gratiam, iam non ex  
operibus, quandoquidem gratia iam  
non est gratia. Ex his nunc uides re/  
futationem superiorum obiectionū.  
Si enim haereditas non est data Abra/  
hæ ex meritis, perspicuum est, quod  
non

non sit ipsi data nec propter opera  
legis naturalis, nec propter opera le-  
gis Mosaicæ, nec propter opera pre-  
cedentia, nec propter opera sequen-  
tia. Hæc enim omnia comprehendunt  
in genere, nomine legis, et meritorū.  
Ac si nemo iustificatur propter o-  
pera legis Mosaicæ, multo minus iu-  
stificatur quispiam propter opera le-  
gis naturalis, quia lēx Mosi est expli-  
catio legis naturalis. Accedit huc, q  
falsissimum est, Patriarchas iustifica-  
tos esse ex lege naturali, Iudæos ex  
lege Mosi, Christianos ex lege Eu-  
gelica. Nam lex Mosi non est alia lex  
a lege naturali, nisi quod accommo-  
det legem naturalem, ad politeian  
gentis Israëliticæ. Decalogus non est  
nova lex, sed est explicatio ueteris &  
naturalis legis. Euangelion autem o-  
mnino non est lex, quemadmodum  
nunc de lege loquimur, sed est tantū  
reuelata prædicatio de Iesu Christo  
Seruatore nostro, qui Patriarchis

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

promissus fuit. Etsi enim in scriptis  
Euangelicis continentur aliquot le-  
ges, hæ tamen non sunt noua lex, sed  
sunt uetus & naturalis lex, ac expli-  
catio eius, sicut & Prophetæ aliquo-  
ties explicuerunt. Nam, quod ad iu-  
stificationem attinet, una tantum est  
ratio, unus tantum est modus iustifi-  
candi & saluandi, communis Patriar-  
chis, Iudeis, & Christianis. Quicun-  
que enim aut quondam iustificatus  
est, aut nunc iustificatur, huic conti-  
git iusticia, non per legem uel natu-  
re, uel Molì, uel alterius legislatoris,  
nec propter merita, sed tantum per  
fidem, propter Iesum Christum, qui  
Patriarchis promissus erat, & nunc  
uenit, ac impleuit promissa, quæ de-  
aduentu eius extabant. Cæterum,  
Paulus nomine quoque HAER-  
EDITATIS haud obscure signifi-  
cat, remissionem peccatorum, iusti-  
ciam & salutē contingere nobis gra-  
tis, ex clemētia Dei, nō pp̄ter merita  
nostra.

nostra. Inter homines enim contin-  
git liberis hæreditas paterna, non ex  
merito proprio, sed ex iure natiuita-  
tis & legitimæ successionis. Finga-  
mus diuitem parētem mori filio suo  
adhuc in cunis facente, & nihil plane  
præterquam plorare, & hominibus  
molestus esse sciente. Hic certe filius  
est hæres omnium paternorum bo-  
norum: Nec quisquam audit aduersa-  
rium dicentem, Hic filius non sit hæ-  
res, quia nondum quicquam meri-  
tus est, sed adhuc uagit in cunis. Etsi  
enim nihil est meritus suis operibus,  
tamen debetur ei hæritas, quod sit  
filius. Sic etiam, quicunq; credunt in  
Christum, adoptantur in filios Dei.  
Dedit eis, inquit Ioānes, potestatē fi-  
lios Dei fieri, his q; credunt in nomen  
eius. Filii autem accipiunt paternam  
hæreditatem, non ex merito suo, sed  
ex ipsa, ut ita dicam, filiatione. Qua-  
re pīj credentes in Christum, accipi-  
unt remissionem peccatorum & sa-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

futem, non quod meriti sint, aut mereri possint, sed quod filii Dei sint, ad optati per fidem propter Christum. Postremo, necessarium est, quod hæreditas cœlestis donetur nobis per promissionem, & non ex lege, hoc est, detur nobis ex gratia & non propter merita, quia Deus exigit a nobis certam & firmam fidem. Si autem promitteret beneficia sua propter nostra merita, tunc nunquam possemus promissi Dei firmam adhibere fidem. Merita enim nostra nunquam sunt perfecta & sufficientia. Quare necesse est, ut promissa sint nobis beneficia Dei, gratis, ex mera clemencia, quo possimus certam & indubitatam fiduciam de salute nostra, in Christo Iesu concipere.

QVID Igitur LEX?

Priusquam Paulus recitet alia argumenta, quibus probet, aut confirmet, iusticiam contingere per solam fidem

fidem propter Christū, exponit ue-  
rum ac spiritualem usum legis. Cūm  
enim hactenus docuerit iusticiā non  
esse ex lege, ac bonis operibus, ac de-  
monstrauerit Testamentum de pro-  
missione iusticiæ in semine Abrahæ,  
qui est Christus, longe ante legem  
conditum fuisse, statim uenit audito-  
ri in mentem, si iusticia non est ex le-  
ge, nec ex meritis honorum operū,  
ad quid ergo prodest lex? ad quid  
prosunt bona opera? Cur tantis mi-  
raculis constituit, ut liberaretur Israēl  
ex Aegypto, & daretur lex in deser-  
to? Cur adhuc nobis inculcat Deca-  
logus, præcipua pars legis? Et si per  
bona opera nō contingit iusticia, qd  
frustra desudamus, ut bene opere-  
mur? Hanc dubitationem aut obie-  
ctionem Paulus nunc paucis soluit.  
Ac de bonis quidem operibus po-  
stea plura disseret, in fine huius Epi-  
stole. Nunc autem tractat de lege, et Legis usus  
ostendit quis sit usus legis. Etsi enim quis sit.

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

lex non iustificat per se, tamen non est ideo inutilis, aut damnanda & rei-  
jcienda, sed habet alium usum. Pa-  
nis non iustificat, Lignum non iustifi-  
cat, Tunica non iustificat, Arare &  
fodere non iustificant, Et tamen non  
sunt inutilia, sed habent alium com-  
modum usum. Sic etsi lex non iustifi-  
cat, tamen aliis est commodus legis  
usus. Ob quam ergo causam lata &  
data est: Propter transgressiones, in  
quit, addita est lex Testamento Dei,  
donec ueniret semen, nimirum, Chri-  
stus, de quo testatus fuerat Deus A-  
brahae, quod gentes propter ipsum  
consecuturae essent iusticiam & fœli-  
citatem. Hic significat Paulus dupli-  
cem esse usum legis, Alter est politi-  
cus seu ciuilis, Et tunc, cum ait, (Pro-  
pter transgressiones) subintelligen-  
dum est, cohibendas & coercendas.  
Nam cum Israël liberaret ex Aegy-  
pto, instituit Deus in hoc populo po-  
liteian, qua antè, nimirum, Aegyptio-  
rum

rum serui carebant, dedit eis leges, instituit Magistratus, dedit eis regio nem Canaan, in qua deuictis hosti bus dominarentur. In quem ergo u sum Deus hæc instituit: num ut hac externa dominatione & politica uita iustificarentur: Nihil minus, sed ut transgressiones cohiberentur, ut publica scelera coercentur, & honesta tranquillitas cōseruaretur. Ad quem finem: num, ut hac tranquillitate contenti uitam in ocio transligerent: Minime omnium, sed donec, inquit, ueniret semen, cui promissum erat; hoc est, hæc politica uita idcirco fuit instituta, ut interea temporis cōseruarentur in populo Israël promises de Christo ad Abraham & a lios Patriarchas dictæ, & publicè prædicarentur, ac publicis sacris cōmendarentur, quo homines coram Deo ex fide iusticiam haberent, do nec ipse Christus ueniret, ac uulga ret Euangelion suum in totum orbē

IN CAP. IIII EPIST. AD GAL.

terræ. Nam ubi sunt seditiones, ubi  
scelera manet impunita, ubi non sunt  
leges & magistratus, ubi non est ho-  
neita uita politica, ibi nullus est lo-  
cus sacrorum, nullus locus concio-  
num. Quare, ut cōciones de promis-  
sione Christi, & sacra, quæ ipsum ad-  
umbrabant, publice conseruarētur,  
necessæ fuit institui politeian, & le-  
ges, quibus coercentur transgres-  
siones & scelera, ut in tranquillitate  
suis esset locus sacrorum de Chri-  
sto, donec reuelaretur. Vides igitur  
hoc loco, quod quicquid beneficio-  
rum Israelitæ acceperunt à Deo,  
hoc acceperint in hunc usum & fi-  
nem, ut conseruaretur concio de  
Christo. Deus liberauit eos ex Ae-  
gypto, Eduxit eos saluos per mare  
rubrum, & per desertum, Dedit eis  
māna de cœlo, Introduxit in terram  
Canaan, Dedit eis uictoriam super  
hostes, Dedit eis Reges, & ciuilem  
magistratum, tantum propter hanc  
causam,

causam, ut his omnibus seruirēt promissioni, seu Euangelio de Christo, hoc est, ut esset populus, in quo conseruaretur Euangelion Christi, donec Christus ipse ueniret. Quod autem de regno & legibus ac magistratibus, immo de tota politia populi Israelitici dicitur, ante aduentum Christi, hoc idem sentiendum est, de omnibus regnis, de omnibus politiis in toto orbe terrarum, postquam Christus aduenit, & iussit Euangelion in uniuerso orbe prædicare. Regna enim huius seculi, principatus & politiae una cum legibus suis huc spectant, ut publica honestas & tranquillitas conseruetur. Publica autem tranquillitas in hunc usum à Domino donatur per magistratum & leges, non quod sufficiat ad ueram foelicitatem, sed ut coercitis publicis transgressionibus, & instituta tranquillitate, maneat suus cursus Euangelio Christi, quo solo

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

homines consequuntur iusticiam &  
salutem. Quare regna & politiae hu-  
ius seculi non sunt nisi serua Euange-  
lij, & huc præcipue conferendum  
est studium eorum, ut Euangelion  
promoueat. De hoc uaticinatus est  
Esaias cap. lx. Gēs & regnum, quod  
non seruierit tibi, peribit, & gentes  
solitudine uastabuntur. Sic & muri  
& propugnacula urbium, seruire de-  
bent Euangelio Christi. Præpostera-  
igitur cura est, Muros instaurare, &  
interim Euangelion & parochias ne-  
gligere. Quod de politico regno di-  
citur, hoc idem intelligendum est de  
regno œconomico, de domestica fa-  
miliæ administratione. Nam patres  
familias omnia debent referre ad u-  
sum audiendi & conseruandi Euan-  
gelij. Liberi educantur, servi coercē-  
tur, agrī coluntur: In quem finein?  
ut sit tranquillitas, qua liceat audire  
Euangelion Christi, & per fidem cō-  
sequi iusticiam ac salutem. Habes po-  
liticum

liticum seu ciuilem legis, & omnium eorum, quæ ad legem pertinent, usum. Alter usus legis est spiritualis, ac pertinet ad conscientiam. Et tunc, cùm dicit Paulus, (Propter trāsgressiones) subintelligendum est, ostendendas, illustrandas, amplificandas, exaggerandas & agnoscendas in cōscientia. Nam in Testamento, quod Deus instituit cum Abraham & semine eius, qui est Christus, promisit Deus benedictionem, seu iusticiam & salutē omnibus populis propter Christum. Natura autem humana in tantum est excæcata peccato originali, quod non agnoscit iniusticiam suam, Sed putat se suis viribus posse consequi iusticiam ac salutem, nec indigere Christo. Quod enim Satan dixit ad Euam, Eritis sicut dij, hoc adhuc h̄eret in carne & sanguine hominis, ut natura sua depravata tribuat sibi aliquam diuinitatem, nec agnoscat se esse Satanae mancipium, sed

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

potius existimat se deum quendam esse , qui suis se virtutibus iuuare queat . Data igitur est lex , datus est decalogus , ut ostendat nobis peccatum nostrum , ut illustret peccatum in conscientia nostra , ut amplificet peccatum , ac breuiter , ut declareret nos non esse deos , sed potius Diabulos , aut diaboli mancipia , & gehennæ obnoxios . De qua re uide in Epistola ad Rom . cap . quarto , & septimo . In quem autem finem lex ostendit nobis peccata , & declarat nos diaboli mancipia : num , ut studeamus operibus nos redimere à peccatis & diabolo : nequaquam , hoc enim fieri nō potest . Sicut nec Adam potuit se per isomatis abscondere à facie Dei . Num , ut desperemus de salute nostra , & maneamus mancipia Diaboli : Nihil minus , Dicit enim , Viuo ego , nolo mortem peccatoris , sed magis ut conuertatur & uiuat . Lex igitur ostendit nobis magnitudi-

gnitudinem & grauitatem peccati,  
ac addicit nos Satanæ, ut cogat nos  
Christum inquirere. Donec, inquit,  
ueniret semen cui promissum est,  
hoc est, lex ideo revelat transgressio-  
nes, ut nos ad Christum adigat, nec  
cessat nos damnare, nisi dum ueniat  
Christus, nisi dum accipiamus Chri-  
stum per fidem. Tunc enim non am-  
plius damnat nos lex, sed dimittit  
nos liberos. Vnde & postea ait: Cō-  
clusit scriptura omnia sub pecca-  
tum, ut promissio ex fide Iesu Chri-  
sti daretur credentibus. Hic idem  
est finis suppliciorum, & afflictio-  
num, quibus non uult Deus nos per-  
dere, sed inuitare ad querendam sa-  
lutem in Christo filio suo; alioqui  
contemptissimo, & prorsus abiecto.

ORDINATA PER ANGELOS IN  
MANU INTERCESSORIS,  
*scu MEDIATORIS.)*

Audiuimus duplice usum legis, AI

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

terum ciuilem, quo continentur homines legibus in publica tranquillitate & honestate, Alterum spirituale, quo per legem reuelantur peccata, & augentur transgressiones ac sceleris. Videtur autem imperito res ualde mirabilis, quod cum lex ciuiliter instituatur ad coercendas transgressiones, spiritualiter ualeat ad augmentandas & cumulandas transgressiones. Sed si probe hanc rem expendas, uidebis hic nihil absurdum fieri, sed hunc legis usum necessarium esse. Primus enim lex seu decalogus (libet enim docendi gratia, decalogum, quae est praecipua pars legis, pro tota lege sumere) non ita auget peccata, ut noua in homine efficiat, quae antea non in eo fuerant, sed ideo augere dicitur, quia vetera peccata, antea nobis incognita, & tamen in carne ac sanguine latentia, atque naturaliter inherentia, reuelat, & ad cognoscenda ea excitat. Decalogus enim, quod ad ipsum attinet,

attinet, est sanctissimus, & sanctissima opera præcipit, quomodo igitur posset peccata operari? Nos autem sumus prophanissimi, & maxima inpietate obruti. Itaque decalogus dicitur augere impietatem, quia ostendit & eruit impietatem, antea latenter & incognitam. Deinde ualde necessarium nobis est, ut Decalogus augeat, seu reuelet in nobis peccatum. Nullus enim arrogans, nullus cōfidens de sua iusticia, requirit Christum seruatorem, quemadmodum exempla Phariseorum testantur. Omnes autē homines sunt natura sua arrogantes, & de suis uiribus confidentes. Etsi enim inuenis, qui uerbis fateantur se peccatores, & meritos supplicium Dei, tamen non sunt, qui natura sua uere sentiant, se tantos esse peccatores, ut propter peccata sua meriti sint coram Deo, nō solum cruce, rotas, gladios, & alia corporalia supplicia, uerum etiam perpetua.

T

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

tuum infernum, & sempiternam dā-  
nationem cum omnibus angelis Sa-  
tanæ. Nam quemadmodum īj, qui  
sunt phrenetici aut mentē moti, et si  
tenantur grauiſſimo morbo, tamen  
putant se longe oīnūm sanissimos,  
ac iūrarent se optime ualere: ita natu-  
ra omnes excæcati sumus, ut quan-  
tum ad nos attinet, iūraremus nos  
non tam malos esse, ut iure sumus  
mancipia Satanæ, & partícipes æter-  
narum pœnarum. Ac illud tacite sen-  
tire solemus: Non deest qui impleat,  
sed deest qui iūbeat. Existimāt enim  
sufficere nobis, ut audiamus legem,  
Reliqua enim ex nobis ipsis præsta-  
re nos posse putamus. Sic & Israēli-  
tæ dicebant: Cuncta, quę locutus est  
Dominus, faciemus. Cùm igitur tan-  
ta sit arrogantia humanæ naturæ, né  
cessario datus est decalogus in hunc  
usum, nō ut significet nos posse per  
opera eius iustificari, sicut hypocrite  
sentiunt, sed ut reuelet nobis iniusti-  
ciam

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 148

ciam nostrā, & ostendat nobis, quan-  
ta malorum lerna in carne & sangu-  
ne nostro hæreat. Id autem fit, si con-  
syderemus decalogum, non iuxta ex-  
plicationem hypocritar̄ & Phariseo-  
rum, sed iuxta interpretationē Christi,  
Prophetar̄ & Apostolor̄. Itaq; cū  
docetur aliqua lex ex Decalogo, ex-  
empli gratia, Non asumes nomen  
Dominii inuanum, Non occidas, Nō  
fureris, non est cogitandum, Ecce  
nunc cognoscis quid sit boni facien-  
dum, Ergo facies, & implebis. Sed  
cogitandum est: Ecce nunc manife-  
stum est, quod nunquam recte im-  
pleueris legem, nec possis implere.  
Quid ergo facies, aut quo te uertes?  
Atq; is est legitimus & spiritualis u-  
sus legis. Nam si ex lege didiceris tu-  
am damnationem, tunc mox in Chri-  
sto ostenditur salus per Euangelion.  
Caterum, Paulus hunc spiritualem  
usum legis idcirco proponit, ut &  
hinc confirmet statum suæ disputa-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

tionis, uidelicet, opera legis non iustifi-  
care hominē. Lex enim auget pec-  
cata, ergo non aufert peccata, tan-  
tum ab est ut iustificet. Deinde idem  
significat ex circunstantijs lata legis  
seu decalogi. Addit enim: Ordinata  
per angelos in manu mediatoris.  
Quomodo decalogus, & alia lex la-  
ta sit, manifestum est ex Exodo cap.  
xix. & alijs capitibus, Et Deut. cap.  
quinto. Primum enim Deus misit an-  
gelos ad Mosen, qui ipsum nomine  
& mandato Dei eligerent in ducem  
& legislatorē populi Israelitici. Vn-  
de Exod. iij. dicitur: Apparuit ange-  
lus Domini in flamma ignis de me-  
dio rubi. Deinde Angelus in perso-  
na Dei recitauit decalogum in mon-  
te Sinai. Recitauit autem cum, non  
simpliciter, nec humili uoce, sed ma-  
ximis, & stupendis miraculis, multis  
ac magnis tonitruis, fulguribus &  
densissimis nebulis, adeoque tanto  
horrore & tremore, ut Israelitæ re-  
tro.

trocesserint , nec potuerint diutius tam horribilem uocem ferre, Sed dixerint ad Mosen: Loquere tu nobis, & audiemus , Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur . Postremo, cùm Israelitæ nō possent ferre uocem Domini, seu angelorum loquentium in persona Domini , Moses factus est mediator inter Deum & Israelitas, & quas leges postea ab angelis, nomine Dei loquétibus, accepit, eas populo promulgauit. Unde & Stephanus ait : Hunc Mosen Deus Principem & Redemptorem miserat per manum angeli, qui apparuit illi in rubo. Et mox : Hic est , qui fuit in congregacione in solitudine cum angelo, qui loquebāt ei in monte Sinai. Ac iterum: Accepistis legē per dispositiōes angelorum, &c. Atque hoc est, quod Paulus dicit: Ordinata per angelos, in manu mediatis, qui est Moses . Dicit enim Moses Deut. cap. quinto . Ego sequester &

IN CAP. III EPIST. AD GAL.

medius fui inter Deum & uos in te-  
pore illo. Sed in quem usum Paulus  
ista in hoc loco commemorat : Non  
exciderunt ei temere , Sed idem his  
uerbis significat, quod antea , uidelicet,  
opera legis non conferre homini  
iusticiam. Nam si decalogus afferret  
iusticiam, nō dedisset eum Deus per  
angelos, sed per filium suum , quem  
Abrahæ promiserat , Benedictio e-  
nīm iusticiæ promissa est per semen  
Abrahæ, non per Angelos. Cūm igitur  
Angeli attulerint legem , non fi-  
lius Dei, non semen Abrahæ, perspi-  
cuum est, legem non iustificare. Pre-  
terea, Decalogus datus est maximo  
horrore , ita ut Israelitæ fugerint &  
mirum in modum trepidauerint. Ju-  
sticia autem exhilarat animum, non  
pauefacit. Quare si decalogus attulis-  
set iusticiam , non exterruisset audi-  
tores, sed potius exhilarasset , & re-  
creasset eos. Nunc autem cūm tanto  
horrore concusserit ipsos, ut nescie-  
rint,

tint, quo se uertant, manifestum est,  
decalogum afferre secum, hoc est, re-  
uelare iniusticiam, damnationem, &  
infernum, minimè autem iusticiam  
& regnum coelorum. Adhuc, Lex da-  
ta est per mediatorem Mosen. Si au-  
tem decalogus attulisset iusticiam,  
& iustificasset populum, tunc non  
necessere fuisse, ut Moses esset media-  
tor populi. Mediator enim, inquit  
Paulus, non est unius, (hoc est) Vbi  
est unitas, & concordia, ibi non est  
necessarius mediator seu interces-  
sor. Deus autem unus est, hoc est, so-  
lus Deus sibi ipsi conuenit, ac sui si-  
milis est. Nullus autem hominum Deo  
similis est: Nec Israelitæ sunt similes  
Deo (hoc est, iusti) facti per decalo-  
gum: Quare necessarius fuit eis me-  
diator, qui audiret uocem Dei per  
angelos, & afferret ad populum. Ita-  
que mediator ipse, & sequester Mo-  
ses perspicue indicat, quod decalo-  
gus non attulerit iusticiam. Sed nec

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

is mediator attulit eam: Quare promisit alium mediatorem, uidelicet Iesum Christum. Prophetam, inquietos, suscitabit Dominus post me: hoc est, et si & ego sum mediator uester, tamen non affero nisi legem, iram, peccata, & infernum. Alius autem mediator ueniet, Christus, qui affteret secum Euangelion, gratiam, iusticiam, & cœlum, Hunc AVDITE.

LEX IGITVR NVM EST AD  
VERSVS PROMISSIO-  
NES DER)

Cum Paulus supra dixisset legem positam esse propter transgressiones reuelandas, & augendas, & alias dictum esset, Legem occidere, statim uenit homini non omnino stulto in mentem, Legem esse contrariam promissionibus, seu Euangelio Dei, & legem facere irritum Euangelion de semine Abraham. Euangelion enim aufert,

aufert, lex affert peccata. Euangeli-  
on promittit remissionem peccato-  
rum & occultationem, Lex autem  
reuelat & auget peccata. Euangeli-  
on affert gratiam Dei, Lex autem i-  
ram Dei. Euangeliō affert iusticiam:  
Lex aut̄ affert peccata. Euangelion  
consolat, Lex autem turbat conscienc-  
tiam. Euāgelion uiuificat, lex autem  
occidit: breuiter, Euangelion affert  
regnum cœleste, Lex autem affert  
infernum. Hæc certe sunt pugnan-  
tia. Quid ergo dicemus: num Deus  
ipse, qui & Euangelion dedit Abra-  
hæ, & legē Israelitis, secum pugnat:  
num Lex euacuat Euāgelion: Hanc  
quæstionem seu obiectionem expli-  
cat nunc Paulus, & docet, quòd etsi  
lōge aliis est effectus legis quam E-  
uangelij, tamen lex intantum non  
aboleat promissionem Euangelij, ut  
potius ad consequendas res Euange-  
lio promissas plurimū prospicit. Quin  
potius, si iustificaremur ex lege & o-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

Si alio,  
<sup>Violationem</sup> angelion ad Abraham dictum mul-  
tu magis fieret irritum, quām quōd  
lex auget peccata & occidit. Si, in-  
quit, data esset lex quae uiuificaret,  
uere ex lege esset iusticia, hoc est, p-  
missio ad Abraham dicta fieret ir-  
rita & uana, si lex posset conferre iu-  
sticiam & uitam. Dictum enim est  
ad Abraham, In semine tuo bene-  
dicentur omnes gentes. In hoc Euangeli-  
o promissus est Christus, qui affe-  
rat benedictionem, quae est, remissio  
peccatorum, fauor & gratia Dei, iu-  
sticia coram Deo, liberatio ab omni-  
bus afflictionibus, cōseruatio in mor-  
te, resurrectio à morte, & sempiter-  
na fœlicitas. Et hoc Euangelion ad-  
nunciatum est ccccxxx . annis, ante-  
quām lex ferretur. Nunc, si lex af-  
ferret benedictionem, hoc est, re-  
missionem peccatorum, iusticiam,  
consolationem conscientiæ , & ui-  
tam æternā, tunc perspicuum esset,  
quōd

EXPLICAT. IOAN. BREN. 150

quod aboleret promissionem prius ad Abrahamum dictam, & ficeret irritum Euangelion. Non potest autem fieri, ut Testamentum Dei, quod est promissio eius, fiat irritum. Quare fieri non potest, ut lex uiuificet, ac conferat iusticiam. Idem testatur etiam uniuscuiusc experientia in conscientia sua. Cum enim docetur Decalogus, & explicatur lex, tunc conscientia, quo magis intelligit sententiam & mentem legis, eo magis fit formidolosa, timet mortem, & horret ad iudicium Dei. Timor autem & horror, non sunt uitæ, sed mortis nunci. Lex igitur non uiuificat, non consolatur conscientiam, nec confert iusticiam. Quod autem de lege diuina dicitur, hoc multo magis sentiendum est de humanis constitutionibus, de regulis & ordinibus monasticis. Quid ergo facit lex diuina? Conclusit, inquit, scriptura omnia sub peccatum, ut

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

promissio ex fide Iesu Christi dare-  
tur credentibus. Hæc est una è prin-  
cipalibus gnomis totius scripturæ:  
Et Paulus dissoluit hoc dicto obie-  
ctionem illam, qua dictum est, legē  
uideri aduersus promissiones. Quare  
diligēter est obseruādum, principio,  
Paulus non iam de sola lege loquit̄,  
sed de tota scriptura. Scriptura, inq̄t,  
conclusit omnia sub peccatum: Sunt  
enim præcipue duæ partes scriptu-  
ræ, Altera est lex, altera Euangelion.  
Et si autem lex præcipue concludit  
omnia sub peccatum, tamen hoc fa-  
cit etiam Euangelion. Cūm enim ad  
Adam diceretur Euāgelion, Semen  
mulieris conteret caput serpētis, per  
spicue significatum est, homines esse  
in potestate Satanæ, & peccato ob-  
noxios. Est igitur bona argumenta-  
tio: Semen mulieris conteret caput  
serpentis, ergo omnes homines sunt  
peccatores. Item ad Abrahamum di-  
ctum est Euangelion: In semine tuo  
be-

benedicentur omnes gentes. Ex hoc statim sequitur, Ergo omnes homines sunt peccatores, & maledicti. Idem sentiendum et dicendum est de omnibus promissionibus, quæ de Christo dictæ sunt. Quare nō solum Decalogus, sed etiam Euangelion arguit nos peccatores. Itaque tota scriptura ostendit nobis peccata nostra, & docet, quod non sumus ex nostris operibus iusti. Deinde Paulus nō dicit, Conclusit omnes homines, sed ac cipit generalius uerbum, Conclusit OMNIA, uidelicet, non omnes tantum homines, sed etiam omnia alia. Nam propter hominis peccatum, omnis creatura subiecta est uanitati. Et propter hominem, introiit peccatum in mundum. Omnia, quæ subiecta fuerunt homini, defecerunt a Deo, & excusserunt iugum obedientiae. Bestiæ terræ, pisces maris, uolatilia cœli, fuerunt data in potestatem hominis, ac si homo cōstitisset in sua

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

iusticia & obedientia, tunc & cætra omnia animalia fuissent homini obsequentia. Nunc autem, quia homo peccauit, excusserunt omnia alia iugum suum. Leo nō obsequitur homini, nec lupus, nec aues, nec calia, sed potius inferunt aliquoties homini damnum. Quare etiam hęc anima- lium inobedientia et ferocitas, admōnere nos debet peccati nostri. Vide nunc mihi sortem humanae conditio-nis. Quocunq; enim homo respexerit, siue in scripturā, siue in creaturā, tunc inuenit testimonia peccati sui. Si recenset Decalogum, aut alias le-ges, uidet suum peccatum. Si con-syderat bestias, uolatilia, & pisces, ui-det suum peccatum. Vbi aut inuenit & agnoscitur peccatum, ibi certissi-mus est interitus, & perpetua dam-natio. Peccatū enim secum affert int-eritum & damnationem. Quo igitur nos uertemus? Hic nobis consyde-randus est summus & principalis status

EXPLICAT. IOAN. BREN. 152

status scripturæ , concludentis nos  
sub peccatum . Addit enim Paulus :  
Ut promissio ex fide Iesu Christi da-  
retur credentibus : hoc est , Cùm  
scriptura concludit omnia sub pec-  
catum , non hoc uult , ut homines  
in peccato maneant , & propter pec-  
catum perpetuo pereant , sed ut a-  
gnito peccato inuitentur ad inqui-  
rendum Christum , & accipiāt in  
Christo per fidem eam benedictio-  
nem , quæ promissa est Abrahæ .  
Quare , cùm lex ostendit & auget  
peccatum , non pugnat cum promis-  
sione , sed adiuuat potius , ut homi-  
nes , agnitis peccatis , accipiāt ea per  
fidem , quæ in promissione Christi  
continentur . Hic est obseruabilis  
& memorabilis locus . Reuelat e-  
nim nobis omnes secretissimas &  
absconditissimas cogitationes Dei  
in operibus suis . Nam si Deus per-  
mittit , ut Lex reuelet nobis pec-  
cata , quibus uideamus interitum

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

nostrum in conscientia, quid, obsecro, cogitat? Non certe cogitat interium nostrum, sed salutem. Vult enim, ut agnitis peccatis, quaeramus in Christo iusticiam per fidem. Item, si Deus permittit, ut bestiae nobis noceant, & sint nobis inobedientes, ac permittit, ut aliæ afflictiones nobis accidat, quid, obsecro, cogitat? num ut pereamus? Minime, sed ut seruemur, ut afflictione excitati, quaeramus in Christo filio suo conseruacionem. Ac postremo, Deus permittit ut concutiamur horrore inferni, & moriamur, quid ergo cogitat? non cogitat damnationem & perpetuam mortem, sed cogitat uitam & cœlū. Habet ergo, quomodo cognoscantur absconditæ cogitationes Dei erga nos, ex hoc dicto, Conclusit scriptura omnia sub peccatum, ut promissio, &c. Idem alias dicit Paulus, Conclusit Deus omnes sub incredilitatem, ut omnium misereretur. Idem pro-

**EXPLICAT. IOAN. BREN.** 153

propemodum uult & hoc dictum  
Ezechielis: Viuo ego, dicit Domi-  
nus, nolo mortem impij, sed magis  
ut conuertatur & uiuat,

**CAETERVM, ANTE QVAM  
VENISSET FIDES)**

Pergit Paulus explicare usum le-  
gis, & quod nunc dicit, est expolitio  
prioris. Tribuit autem legi duo me-  
morabilia epitheta, quibus perspi-  
cue significatur, qualis sit usus legis.  
Vocat enim legem, Carcerē, & Pæ-  
dagogum. Ac de carcere quidem sic  
ait, Antequam uenisset fides, custo-  
diebamur sub lege, conclusi in eam  
fidem, quae erat reuelanda: hoc est,  
Lex data est, ut esset Carcer, quo ho-  
mines nocentes aliquandiu conclu-  
derent, & captiui detinerent. Lex au-  
tē carcer est, primum politicē & pu-  
blicē: quia politia Mosi idcirco insti-  
tuta fuit, ut esset gens, in qua conser-  
uarent sacra et promissiones de Chri-

V

## IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

sto, donec reuelaretur. Antequam  
inquit, uenisset fides, hoc est, prius  
quam uenisset Christus, & prædica-  
retur Euangelion de fide in Christū,  
custodiebamur uelut excubijs, sub  
lege, tanquam in carcere, donec re-  
uelaretur Christus. Cogitandum e-  
nim est, quod decalogus, & aliae le-  
ges, sint ueluti carcer: Decreta autē  
de pœnis & supplicijs, quae sunt legi  
bus addita, sunt ueluti excubiae, qui-  
bus captiui detinentur, ne effugiant.  
Sic circūcisio, carcer est. Et quod ad-  
ditur, Masculus cuius caro non fue-  
rit circūcisa, delebitur anima eius de  
populo, pro excubijs habendum est.  
Sic carcer est, Caeue ne offeras hol-  
ocausta tua in omni loco, quem uide-  
ris. Excubiae sunt, Homo si occiderit  
bouem, & non obtulerit ad ostium  
tabernaculi oblationem Domino,  
sanguinis reus erit, quasi si sanguis  
nē fuderit, sic peribit de medio po-  
puli sui, Leuiticii, xvij. Sic dicendum  
etiam

EXPLICAT. IOAN. BRENT.

etiam erit de moralibus. Carcer est,  
Non occidas. Excubiae sunt, Qui oc-  
ciderit hominem morte moriatur.  
Ac carcer quidem moralium legū,  
& excubiae earum, quæ sunt decre-  
ta de supplicijs, ac pertinent ad leges  
iudiciales, semper sunt mundo neces-  
saria, per duraueruntq; etiam post re-  
uelatum Euangelion inter omnes gē-  
tes, ut contineatur publica tranquil-  
litas, quo Euangelion habeat suum  
cursum: carcer autem legum cerimo-  
nialium, et genera suppliciorum, que  
in lege Mosi instituta fuere, abroga-  
ta & sublata sunt, postquam Euange-  
lion sparsum est in totum orbem ter-  
ræ. Deinde lex dicitur **Carcer** spiri-  
tualiter & priuatim, quia in hoc est  
data, ut per legem reuelentur unicus  
que priuatim in conscientia peccata  
sua, & cōisciatur in captiuitatem ma-  
ledictionis, mortis, & perpetuæ dā-  
nationis. Nam quicunq; uere cognoscit  
se peccasse aduersus Deum, is ne-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

cesse habet concludi propter pecca-  
tum, ac ueluti captiuari in maledicicio  
nem, mortem, & sempiternum inte-  
ritum. Mors enim stipedium est pec-  
cati. Lex autem reuelat peccatum, et  
reuelando peccatum, concludit pec-  
catorem in æterna supplicia. Lex igit  
tur spiritualis iurius cuiusque carcer  
est, quo detineatur captiuus. Quan-  
diu autem, & quousq;: Hic certe dili-  
genter confyderandum est, qualis  
carcer sit lex. Non enim est talis car-  
cer, qualis habet ciuilis magistra-  
tus, et carnifex. Nam ciuilis magistra-  
tus coniicit furem aut latronem in  
carcerē suum, nō ob hanc causam, ut  
latro adigatur ad petendam ueniam  
& misericordiam, sed ut suo tempo-  
re producatur ad crucem, ad rotam  
& gladium. Etsi enim latro implorat  
misericordiam, tamen non consequi-  
tur eam, sed necesse habet ultimum  
ferre supplicium. Similiter, si quem  
latronem uinxerit Carnifex, non id-  
circo

circo uinxit cum, ut cogat ipsum cō-  
fugere ad clementiam iudicis, sed ut  
cogat ipsum sufferre supplicium gla-  
dij, quod iussu magistratus illaturus  
sit. Lex autem longe alius est Car-  
cer, & multo aliud uinculum. Sic e-  
nim dicit Paulus: Antequam uenis-  
set fides, custodiebamur sub lege, cō-  
clusi in eam fidem, quæ erat reuelan-  
da: hoc est, Lex, carcer noster est, nō  
autem talis, qui detineat nos ad mor-  
tem & æternum interitum, sed qui  
concludat nos captiuos, ut cogat  
ad eam fidem, quæ est in Christum  
Iesum, tunc quidem reuelandum,  
nunc autem reuelatum, & ut per  
Christum consequamur salutem.  
Antequam enim uenisset fides, hoc  
est, priusquam cognitus est Chri-  
stus per fidem, lex tenet nos capti-  
uos, ostendit nobis peccata, & pro-  
pter peccata iudicat nos reos mor-  
tis ac æternæ damnationis. Non gra-  
satur autem in nos hac captiuitate

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

& iudicio propter hanc causam , ut  
in æternum pereamus , & sicut latro  
& carcere ad extremum supplicium  
educi solet , Sic nos per legem ad in-  
fernū , in ipso semper mansuri , per-  
ducamur . Nihil certe minus . Sed cō-  
cludit nos hac captiuitate , in eam fi-  
dem , quæ erat reuelanda , hoc est , ut  
sensu huīus captiuitatis adigamur ad  
quærendum Christum , & in ipsum  
credendum , quo seruemur & salutē  
cōsequamur . Nihil autem nobis ma-  
gis necessarium est , quam ut hunc le-  
gis ac diuinæ voluntatis per legem  
manifestatę finem & propositum re-  
cete intelligamus . In huius enim rei  
cognitione & usu fit discriminē  
rum , & impiorum , ac eorum , qui &  
seruantur , & pereunt . Adam & fili-  
us eius Cain , coniecti sunt uterque in  
carcerem legis propter peccata sua ;  
Sed Adam euasit , quia intellexit se  
captiuum factum , in eam fidem , quæ  
erat reuelanda , hoc est , ut concipe-  
ret

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 138

ret fidem de semine mulieris, seu de Christo, qui erat uenturus. Cain autem non euasit, sed desperauit & periret, dicens, Maior est iniquitas mea, quia non intellexit hunc legis seu captiuitatis finem, quem tradit Euangelion seu promissio Dei. Idem dicendum erit de Dauide, & Saule. Vterque grauiissime peccauit, & coniectus fuit uterque in captiuitatem legis. Hic autem periret, quia non intellexit uerum & legitimum finem captiuitatis, nec inquisiuit Christum per fidem, ille autem seruatus est. Sic sentiendum est de Petro & Iuda, &c. Sed ut rectius intelligamus hunc finem carceris legis, tribuit Paulus aliud epitheton legi, & uocat legem, Pædagogum. Lex, inquit, pædagogus noster fuit ad Christum, ut ex fine iustificaremur. Diuersa sunt Pædagogus & Carnifex. Nam carnifex uincit captiuos, ut afficiat eos ultimo supplicio; Pædagogus autem ca-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

stigat puerum uirga, non ut occidat sicut carnifex, sed ut cogat eum ad disciplinam & honestatem, quo consequatur paternam hæreditatem, aut euadat in præclarum uirum. Sic & lex non est carnifex, sed pædagogus. Quemadmodum autem de carcere diximus, quod lex sit carcer tam politicè, quam spiritualiter, ita etiam lex est pædagogus tā politicè quam spiritualiter. Politicè cohibuit Israëli tas publica disciplina ad conseruandam honestatem et tranquillitatem, ut conseruarentur promissiones de Christo, donec ueniret. Spiritualiter autem affligit conscientias uirga horroris mortis & inferni, non ut perdat, sed ad Christum, inquit, ut exinde iustificaremur.

AT POST QVAM VENIT FIDES,  
NON AMPLIUS SVB.)

Quid ergo, inquies? Non sumus amplius sub pædagogia legis diuine, postq;

postquam uenit fides, seu reuelatum  
est Euangelion: Licebit igitur nobis  
impudenter uiuere, quemadmodum  
adolescentes remoto paedagogo so-  
lent: Nihil certe minus. Quod enim  
aliquoties diximus, hoc etiam nunc  
est obseruandum, uidelicet, Omni-  
no nobis sentiendum esse, quod scri-  
ptura sacra nullo modo ab alienet &  
abstrahat nos à faciendis operibus  
uerè bonis, sed multo magis in hoc  
ponat studium suum, ut excitet nos  
ad bona opera facienda. Quare, si e-  
iusmodi sententia in scriptura nobis  
occurrat, quæ uideatur bona opera  
prohibere, aut nos à bonis operibus  
faciēdis absterrere, sentiendum est,  
quod nos non recte eam intelliga-  
mus, ideoq; danda opera, ut uerum  
eius sensum percipiamus. Itaq; cùm  
Paulus dicit, Postquam uenit fides,  
non amplius sumus sub paedagogo,  
non docet impudentiam, & licenti-  
am uiuendi, sed exponit ueram Chri-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

stianismi rationem. Postquam enim  
uenit Christus, & reuelatum ac di-  
uulgatum est Euangelion in uniu-  
sum mundum, non sumus amplius  
sub paedagogia legis, tam politicè, &  
spiritualiter. Politicè, quia nec Leuiti-  
cis & ceremonialibus nec iudicialib.  
ordinationibus politiæ Mosaicæ ob-  
ligamur, sed licebit nobis uitam age-  
re iuxta uniuscuiuscq; reipub. leges,  
quæ recta ratione institutæ sunt. Pre-  
terea obligamur legibus moralibus  
faciendis, quæ compendio compre-  
henduntur in decalogo. Obligamur  
autem his, non quia Moses tradidit,  
& Israëlitæ usi sunt, sed quia sunt na-  
turales leges, quas Euangelion non  
abrogat, sed potius affert spiritum fa-  
ciendi eas, iuxta modum in hac car-  
ne possibilem. Spiritualiter autem  
non sumus amplius sub paedagogia  
legis Mosaicæ, primum, quia lex Mo-  
si exigit à nobis bona opera, ut me-  
reamur his regnum cœleste. Euan-  
gelion

EXPLICAT. IOAN. BREVI.

gelion autem uidens nostra bona opera esse imperfecta, offert nobis gratis regnum cœleste, sine meritis operum, tantum per fidem propter Iesum Christum. Quare cùm exiguntur à nobis, nō dico, bona opera, quæ certe facienda sunt, sed bonorum operum merita, tunc respondendum est. Non sumus amplius sub lege, sed sub fide, hoc est, sumus Euangelici, et accipimus regnum cœleste gratis propter Christum. Deinde, Lex ostendit nobis peccatum, & facit ex nobis maximos peccatores. Fides autem, seu Christus, & Euangelion eius afferunt remissionem peccatorum, & pronunciāt nos iustos propter Christum. Cùm igitur turbamur in conscientia, propter peccata, tunc dicendum est, Non sumus amplius sub pædagogo: Etsi enim agnoscimus peccatum in nobis hærere, tamen nō sumus amplius peccatores corā Deo, quia sumus sub fide, sumus fideles,

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

sumus Euangelici, sumus Christiani,  
qui habent remissionem peccatorū,  
& iusticiam propter Christum. Præ-  
terea pædagogus, lex, pronunciat  
nos propter peccatum reos maledi-  
ctionis, mortis & inferni. Fides autē,  
seu Christus & Euāgelion eius, quia  
absoluunt nos à peccato, liberant eti-  
am nos maledictione, morte & infer-  
no, & afferunt propter iusticiā Chri-  
sti benedictionem, uitam & cœlum.  
Quare, cùm affligimur aduersis, &  
obruimur morte ac horrore inferni,  
tunc dicendum est: Non sumus am-  
plius sub pædagogo seu lege, Et ad-  
uersa non possunt nobis nocere:  
mors non potest nos perdere: Infer-  
ni horrores non possunt nos in con-  
demnatione detinere, quia sumus fi-  
deles, sumus Euāgelici, sumus Chrl-  
stiani. Cùm pædagogus vult nos ca-  
ptiuos coniūcere in carcerem mor-  
tis & inferni, alleganda est præroga-  
tiua fidelium, Christianorum, seu E-  
van-

EXPLICAT. IOAN. BREN. 219

vangelicorum: Sicut quondam capti  
ui allegabant prærogatiuam ciuium  
Romanorum , ut habes in Actis de  
Paulo . Quare , quod Paulus dicit ,  
Postquam uenit fides , nō sumus amplius sub pædagogo , eiusmodi do-  
ctrina est , qua possimus reportare  
uictoriam à morte & inferno , ac con-  
sequi uitam & regnum cœleste . Sed  
unde fit , quòd nō sumus amplius sub  
pædagogo : Sequitur :

OMNES ENIM FILII DEI  
ESTIS PER FIDEM IN  
CHRISTO IESV.)

Hoc est . Non estis amplius infan-  
tes & pueri , qui indigēt pædagogis ,  
sed estis nunc adulti filij Dei , & per-  
uenistis ad eam ætatem , qua hæredi-  
tas cœlestis uestræ ipsorum admini-  
strationi commissa est . Legitimum  
& ordinarium tempus est , quo libe-  
ri continentur sub pædagogo & tu-  
toribus . Postquam autem tempus il-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

Iud pertransierit, tunc relinquuntur  
suo arbitrio, de qua re Paulus postea  
pluribus tractabit. Sic & legis tem-  
pus fuit tempus paedagogie, & tutoris.  
Postquam autem uenit Christus, ue-  
nit etiam tempus adultæ ætatis. Ita-  
que Christianus non est amplius sub  
paedagogo & tutore, quia est iam a'-  
dultus filius Dei. Quomodo autem  
factus est filius Dei PER FIDEM,  
inquit, in Christo Iesu: quia Christus  
est naturalis filius Dei, impetravit  
autem passione & morte sua, ut quot-  
quot in ipsum credunt, adoptentur  
propter ipsum in filios Dei adopti-  
uos, Ioannis i. Dedit potestatem fili-  
os Dei fieri. Quanta autem sit mai-  
stas esse filium Dei, & quanta secum  
bona afferat, humana mens non sa-  
tis cogitare potest. Non enim in cor  
hominis ascendit, nec oculus uidit,  
quæ Deus preparauit diligētibus se.

NAM QVICVNQVE BAPTISATI  
ESTIS, CHRISTVM.)

Supra

Supradixit Paulus, quod omnes,  
qui credunt in Christum, fiant filii Dei  
per fidem, ideoque sint liberi a paedago-  
gia legis, non ut nihil boni facere  
debeant, sed partim, quod in aliena  
reputacione non necesse habeant iuxta politi-  
ca & ceremonialia iura legis Mosai-  
cae uiuere: partim quod accusatio le-  
gis de peccato, de maledictione, de  
morte & inferno, nihil amplius iuris  
habeat in ipsis. Posset autem quispi-  
am dicere, Num indiscriminatim om-  
nes, quales quales sint, siue Iudaei, si-  
ue Græci, siue serui, siue domini, sunt  
filii Dei per fidem in Christum? Et  
quo modo, aut quo mysterio ac sa-  
cramento Deus adoptat nos in filios?  
In ciuilibus enim adoptionibus suæ  
sunt ceremoniae, sua sunt sacramen-  
ta, quibus adoptio peragitur & con-  
firmatur. Quod ergo illud sacramen-  
tum est, quo quis certificatur & con-  
firmatur in conscientia sua, se esse ad  
optatum in filium Dei, propter Chri-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

stum? Ad hoc respondet nunc Paulus. Ac initio, neminem excipit ab ad optatione, si modo in Christum credit, QVICVNQVE, inquit, siue ille iit Iudeus, siue Ethnicus, siue liber, siue seruus, siue masculus, siue foemina, siue magistratus, siue subditus. Deus enim non est respector personarum: Omnis, omnis, inquam, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Deinde addit sacramentum, quo fieri solet ex diuina institutione adoptionis. Quicunqz, inquiens, baptisatus, Christum induistis. Habes paucis uerbis eximiam, & obseruatione dignissimam descriptionem maiestatis & dignitatis Sacramenti baptismi. Baptismus enim sacramentum illud est, quo qui baptisatur, induitur Christo Domino nostro. Videamus ergo quis sit Christus, & quale sit instrumentum, ut cognoscamus, quanta beneficia nobis per baptismum contingant. Christus enim est filius dei: Christus

Christus item est perfecte iustus:  
Christus est hæres Dei, ac Dominus  
regni cœlorum. En, tale indumentum  
est Christus. Quare qui baptisatur,  
is, quia induitur Christo, per bapti-  
sum, fit etiam per baptismum fili-  
us Dei, consequitur in Christo perfe-  
ctam iusticiam, nō quod habeat eam  
in carne sua, sed quod imputetur ipsi  
iusticia Christi, fit & hæres Dei, ac  
Dominus regni cœlorum. Quid po-  
test de baptismo præclarius dici? Idē  
habes ad Titum cap. iiij. Secundum  
misericordiam suam saluos non fecit  
per lauacrum regenerationis ac re-  
nouatiōis sp̄ritus sancti. Baptismus  
igitur non est tantum signum, quo  
Christianus à Iudæo aut Turca ex-  
trinsecus discernitur, sed quo conse-  
cramur coram Deo in cœlestia bo-  
na, adeoq; quo induimur Iesu Chri-  
sto Domino nostro, & quo ita incor-  
poramur ipsi, ut fiamus participes o-  
mnium bonorum eius. Dicimus eti-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

am Christū induere, cùm imitamur  
uirtutes eius. Sicut Paulus ad Rom.  
decimotertio ait: Induamini Domi-  
num Iesum Christum, hoc est, Imita-  
mini uirtutes Christi; sed nisi prius  
inducas eū regeneratione, quæ sit per  
fidem sacramento baptismi, non po-  
tes eum induere imitatione. Quid er-  
go: inquies, Num omnes baptisati  
habent Christum, & iusticiam? quo-  
modo igitur tam multi baptisati sunt  
impij: quomodo multi, adeoq; innu-  
meri ex baptisatis pereunt, & dam-  
nantur? Hic obseruandum erit, Pau-  
lum loqui nō de uitij hominum uel  
abutentium baptismino, uel non recte  
accipientium baptismū, sed de ipsis  
baptismi uera ratione, & de recto  
usu eius. Suffaganei, quos ita uocā-  
runt, episcoporum baptisauerunt ali-  
quoties Campanas, magno appara-  
tu, adhibitis etiam testibus, ac impensi-  
to Campanæ proprio nomine. Nun-  
quid ergo Campanæ induerūt Chri-  
stum?

stum: Minime omnium. Hęc enim actio Suffraganeorum non fuit baptismus, sed fuit abusus, & summa contumelia in baptismum, ac etiam blasphemia in Christum baptismi instutorem. Et si nihil aliud impietatis à Papisticis episcopis designatum esset, tamen hęc una contumelia baptisi satis iusta causa est, cur eos deferasmus. In historia, quam uocant Tripartitam, describitur Iudaeus quidam impostor, qui ficto Christianismo, crebro suscipiebat baptismum, ut hoc astu emungeret pecuniam. Itaque cùm iam aliquoties in conuenticulis hereticorum esset baptisatus, uoluit etiam baptismum accipere ab his, qui orthodoxam tenebāt fidem, sed cùm fons baptisimi præparatus esset, aqua evanuit subito, id ē semel & iterum. Qua ex re impostura Iudei deprehensa est. Hic Iudaeus non induit Christum, quia et si minister recte baptisauit, tamen ipse non sus-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

cepit baptismū. Quale esset, Si quis minister insciens publico matrimonio coniūgeret & consecraret, duos uiros aut duas mulieres, aut fratrem & sororem. Hæc consecratio, et si, quod ad ministrum attinet, non est nulla, tamen quod ad has personas attinet, prorsus nulla est ipsis, quia non sunt capaces legitimi inter se cōiugij: sic etiam, quod ad ministerium attinet, baptismus uerus est bapti- smus, si administratur iuxta ordina- tionem Christi, sed impostor non ac- cipit fructum huius baptismi. Quid autem dicemus de his, qui initio re- cete acceperunt baptismum, ut nunc infantes accipiunt, & uerè induiti sunt Christo, postea autem abiiciunt Christum propter peccata? num & illi retinēt baptismum? aut si resipue- rint, debent ne iterum baptisari? Re- spondeo, Paulus ad Rom. scribens, Deus, inquit, est uerax; omnis autē homo mendax. Et, Incredulitas im- piorum,

piorum non facit irritam fidem Dei.  
Quare, et si quispiam amittit Christū  
per peccata, tamen pactum Dei in  
baptismo cum baptisato initum ma-  
net firmum, quantum quidem ad ip-  
sum Deum attinet, & nō requiritur,  
ut qui peccauerit, iterum baptisēt,  
sed tantum requiritur, ut resipiscat,  
ac redeat per pœnitentiam ad Chri-  
stum. Nam quemadmodum si nup-  
tiæ semel confirmatæ sunt publica  
promulgatione & benedictione in  
Ecclesia, non est necessarium, ut ite-  
rum instituatur publica benedictio,  
etiam si coniuges aliquoties inter se  
ita dissentient, ut alter ab altero fugi-  
at, ac postea iterum reconcilientur:  
Nam si reconciliantur, redeunt ad  
ius benedictionis semel factæ: ita, Si  
quis abiit Christum post acceptum  
baptismum, & resipiscit, tunc redit  
ad ius prioris baptismi, nec debet ite-  
rum baptisari. Apud Hiere. cap. iiiij. di-  
citur: Si dimiserit vir uxorem suam,

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

& recedens ab eo duxerit virum alterum , nunquid reuertetur ad eum ultra: nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me , dicit Dominus, & suscipiam te . Vides pactum Dei firmum manere, etiamsi nos recesserimus; Et hoc tantum quæritur, ut nos redeamus seu resipiscamus.

NON EST IVDAEVUS NE  
QVAE GRAECVS.)

Ostendit Paulus baptismum esse Sacramentum , quo Christus tanquam uestimentum induitur. Ostendimus & nos, quale sit uestimentum, ac ornamentum, Christus . Nunc autem exponit Paulus, quam formam, quam speciem, hoc uestimentum afferat homini baptisato. Vulgo dicitur, uestis facit virum. Cùm igitur Christus fiat uestimentum accipienti baptismum, uideamus , quam uel autoritatem, uel

uel dignitatem, uel speciem homini  
afferat. Non est, inquit, Iudæus, neq;  
Græcus, non est seruus, neque liber:  
hoc est, Qui baptisatur, exiuitur om-  
nibus alijs formis, quas habet in hoc  
seculo, & induitur una forma, quæ  
uocatur Christus. Iudæus, qui bapti-  
satur, non habet amplius formam lu-  
dæi, sed habet formam Christi, quo  
indutus est. Ethnicus nō amplius ha-  
bet formam Ethnici, sed habet for-  
mam Christi, qui factus est uestimen-  
tum eius. Obseruandum autem est  
initio, quod Paulus hoc loco non lo-  
quatur de formis hominum, quales  
apparent in humano iudicio, nec sen-  
tit, nulla debere esse personarum  
& statuum discrimina in politica ui-  
ta. Nam in politia necessariæ sunt ex-  
ternæ ordinationes, & personaꝝ di-  
stinctiones, quo cōseruetur tranqui-  
litas & honestas. Quādiu enim hoc  
seculum steterit, aliis certe erit pa-  
ter, alijs filius, alijs dominus, alijs

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

seruus, alius vir, alia mulier. Nec debet, ac ne potest quidem, alicubi hæc ordinatio inuerti. Male agitur cum ea familia, in qua dominus est seruus, & seruus dominus: Male agitur cum eo coniugio, in quo vir est mulier, & mulier, vir. Quare Paulus non abrogat hoc loco ciuiles ordinaciones, nec loquitur de ea specie, quam quis habet coram humano iudicio, sed loquitur de specie ac forma, quam unusquisque consequitur per baptismum, coram diuino iudicio. Nam cum in baptismo induamur Christo, manet quidem uetus nostra forma coram humano iudicio, (vir enim manet vir, mulier manet mulier, dominus manet dominus, seruus manet seruus, infans manet infans) Sed coram diuino iudicio consequimur aliam speciem, quæ talis est, quale est indumentum nostrum, quod est Christus. Videamus ergo formarum in hoc seculo genera & discrimina

discrimina, ut cognoscamus, quomo-  
do ijs in baptismo exutis, consequa-  
mur formā Christi. NON EST, in  
quit, Iudaeus. In hoc seculo Iudeus ta-  
lem habet formam, quod est iuxta le-  
gem circuncisus, & habet multa bo-  
na opera, quae fecit iuxta legem, qui-  
bus uidetur meritus esse iusticiam  
& uitam æternam. Hæc est species  
Iudæi in hoc seculo. Postquam autem  
baptisatur in Christum, tunc exuitur  
coram Deo hac specie, & ornatur al-  
lia, iuxta uestimentum Christi, Indui-  
tur enim Christo. Itaque Iudeus nunc  
non habet coram Deo, quod gloriebit  
de circuncisione, de bonorum suo-  
rum meritis, Sed quia induitus est  
Christo, iudicatur iustus gratis pro-  
pter Christum.

## NON EST GRAECVS.

Græcus est Ethnicus, Et is habet  
talem speciem, quod sit sapiens qui-  
dem humana prudentia, Sed est in-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

circuncisus & idolatra. Postquam autem baptisatur in Christum, tunc exuta hac forma, appareat coram Deo, prout est uestimentum eius, quod est Christus. Itaque non habet, quod glorietur de sua sapientia, quia iam Christus est sapientia eius. Nec habet, quod diffidat aut desperet, propter præpucium suum, & propter idolatriam, quam sectatus est, quia Deus non respicit amplius præpucium, aut præteritam idolatriam, sed respicit Christum filium suum, qui uidet Ethnicum induitum.

NON EST SERVVS.

Seruus habet in hoc seculo miserabilem speciem. Est enim alienus potestatis subiectus, & necesse habet ex alieno arbitrio pendere. Loquitur autem Paulus de seruitute, qualis quondam fuit inter gentes, & qualis adhuc esse dicitur inter Turcas. Et est miserrimum hominum genus. Habetur enim servi pro iumentis. Cum autem

autem seruus induit Christum in baptismo, tunc abiecta priori specie, ornatur iam Christo, & iudicatur coram Deo non ut seruus, sed ut membrum Christi. Nec debet seruus amplius despondere animum, nec sentire, quoniam sit abiectus inter homines, sit etiam abiectus coram Deo, sed bene confidere, quia iam habet coram Deo aliam formam, quae est Christi,

## NON EST LIBER.

Liberi domini sunt. Hi uidentur in hoc seculo magnifica habere speciem. Multo enim illustrior est Cæsar aut Rex, quam opilio aut bubulus. In baptismo autem exuit Cæsar aut Rex suam formam, & induit Christum pro uestimento, ut iam nihil differat coram Deo a bubulco aut opilione. Rex enim non habet quod glorietur coram Deo, quod sit rex, sed quod sit membrum Christi, & habeat Christum pro uestimento. Quod

IN CAP. III EPIST. AD GAL.

autem diximus de his statibus, aut ut  
tæ generibus, idem dicendum est de  
omnibus alijs, ut sunt, Masculus, fœ-  
mina, diues, pauper, infans, adultus,  
virgo, uidua, coniunx, doctus, indo-  
ctus, formosus, deformis, sanus, infir-  
mus, etc. Hi enim omnes, et si habent  
discrimen in hoc seculo, tamen si in-  
duerunt Christum, omnes sunt co-  
ram Deo VNVS, quia unus est  
Christus, quem induerunt, Vnus est  
Deus, iustificans nos propter Chri-  
stum. Non est autem sentiendum, q  
haec Christianorum unitas in Chri-  
sto, debeat tantum constare coram  
Deo, ac nullo modo sese in hoc secu-  
lo inter homines ostendere. Etsi enim  
non debet turbare discrimina ordi-  
nationum huius seculi illegitime, ta-  
men debet esse efficax in pijs, ut de-  
claret mutuis officijs erga se inuicem  
hanc unitatem in Christo. Vir enim  
in hoc seculo potens, non debet ideo  
contemnere impotentem, quod ipse  
habeat

habeat ornatiorem speciem in hoc  
seculo, quam impotens, sed potius  
debet eum diligere, & officijs carita-  
tis prosequi, quod sit unus cum ipso  
in Christo, & habeat eandem speci-  
em coram Deo. Sic diues non debet  
fastidire pauperem, quod excellat di-  
uitijs huius seculi, sed debet eum hu-  
manitate complecti, quod sit eiusdem  
Christi membrum. De dominis ait  
Paulus, Vos domini exhibete aequi-  
tem & equabilitatem seruis, scientes  
quod & uos Dominum habeatis in  
coelis, nec est personae respectus. De  
seruis autem, inquit: Qui fideles ha-  
bent dominos, ne contemnant, quod  
fratres sint, sed magis inferuant, qd fi-  
deles sint ac dilecti. Nihil enim stul-  
tius, nihil magis insanum esset, quam  
ad retinendum summum ius domi-  
nationis suae, sic se erga seruum gere-  
re, ut amitteretur ius coelestis regni.  
Fingamus regem quempiam adop-  
tare omnes aulicos suos, in filios &

<sup>1</sup>Timoth. 6.

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

hæredes suos , ac ornare eos omnes  
æqualiter uestitu deaurato , relin-  
quēs interim discriminē calceorum,  
ut alijs ferat nigros, alijs albos, alijs  
rubeos calceos. Nonne iudicares ex-  
tremam insaniam , si duo aut tres ad  
retinendum discriminē calceorū mal-  
lent abiçere uestitum deauratum,  
& ex aula excludi , ne essent hære-  
des, quām puerilem illam contentio-  
nem de calceorum discriminē inter-  
mittere. Sic stulti & insanī sunt, imo  
omnes insanos superant hi , qui ad  
conseruanda insignia nobilitatis aut  
dignitatis suæ in hoc seculo , quæ cer-  
te sunt coram Deo puerilia ludicra,  
tantam tragœdiā excitant , ut ma-  
lunt aduersus legem Dei peccare, &  
præter officia Christiani hominis fa-  
cere, atq; cum aduersarijs irreconcil-  
iabiliter contendere , ac ius æternæ  
suæ hæreditatis amittere , quām de  
externo suo iure nonnihil recedere,  
& ei unitati, quam habemus in Chri-  
sto,

**EXPLICAT. IOAN. BRENT.** 109

sto, condonare: Nam cùm VNVS sumus in Christo , necesse etiam habemus hanc unitatem suis officijs declarare, ut in Christo maneamus.

**OMNES ENIM VOS VNVS ESTIS IN CHRISTO IESV.)**

In baptismo omnes priores species & formæ abolentur , ut nullus amplius sit uel Iudeus circuncisus , uel Ethnicus incircuncisus , uel masculus , uel foemina , uel puer , uel uir , uel Cesar , uel bubulcus . Quid ergo , inquis , efficimur , & quam formam per baptismum consequimur ? Omnes , inquit , uos , VNVS estis , in Christo Iesu . Diserte addit , In Christo Iesu : Nam inter Christianos manent sua ordinaria discrimina in hoc seculo , sed in Christo Iesu VNVS sunt . Hæc autem unitas non constat corporali sed spirituali modo . Primum enim , omnes Christiani sicut per baptismum Vnus , quantum ad Christū

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

ípsum attinet , quia unus est Christus , quo unusquisque induitur in baptismo . Forma igitur & species Christi , omnibus Christianis una est . Neq; enim Cæsar Christianus aliam habet formam coram iudicio Dei , quam subulcus Christianus , quia VNO Christo induti sunt . Ne que mulier Christiana aliam habet formam coram Deo , quam uir Christianus , (etsi diuersus est sexus eorum coram mundo ) quia VNO Christo induti sunt . Hoc non est tantum nobis sciendum , sed etiam pro ea ratione , qua est diuinitus reuelatum , legitime utendum . Valet igitur huius rei cognitio ad retundendam arrogatiā eorum , qui in hoc seculo precel lunt alios uel maiestate , uel potētia , uel diuitijs , uel alijs donis . Cur enim superbires aduersus proximum tuūm , te quidem in hoc seculo minorē , Christianum tamen , habentem eandem formam Christi , quæ excellit omnes

omnes huius seculi maiestates? &  
quæ sola constat in conspectu & iu-  
dicio Dei? Valet item ad consolan-  
dos abiectos huius mundi. Hi enim  
uident quosdam magnis donis orna-  
tos in hoc seculo, se autem prorsus  
esse sine omni ornamento. Itaque exi-  
stunt se tanto abiectiores esse co-  
ram Deo, quanto contemptiores  
sunt coram mundo. In hoc autem lo-  
co extat præsentissima eorum conso-  
latio. Et si enim non habent speciem  
magnorum donorum huius seculi,  
tamen induiti & ornati sunt forma  
Christi, quod est ornamentum lon-  
ge omnium excellentissimum. Hoc  
enim ornamentum affert secum re-  
missionem peccatorum, propicium  
Deum, adoptionem in filium & hæ-  
redem Dei, & ueram adeoq; perpe-  
tuam salutem. Quid ista specie orna-  
tius? quid his donis excellentius? Va-  
let etiam ad confirmandam fidem o-  
mnium imbecillium. Nam, cùm sit

IN CAP. III. EPIST. AD GAL

Terminus de sanctis in cœlo, existimant  
imbecilles in fide, sibi nullum patere  
aditum in cœlum, propterea quod  
non sint tam iusti, quam illi sancti fue-  
rint, ideoque facile ad invocationem  
sanctorum invitati sunt, ex qua dein-  
de orta est Idolatria. Sed ex hoc Pau-  
li loco manifestum est, quod omnes  
Christiani sint VNVS in Christo.  
Petrus enim & Paulus, cum uene-  
runt ad iudicium Dei, non attulerunt  
aliam formam Christi, aut alium Chri-  
stum, quam abiectissimus subulcus  
Christianus. Etsi enim Petrus san-  
uit infirmos umbra sua, & Paulus ex-  
citauit mortuos, non tamen uenerunt  
in conspectum Dei, ut sanatores in-  
firmorum & excitatores mortuorum,  
sed ut habentes formam Christi, qui  
omnibus Christianis unus est. Qua-  
re cum non attulerint maiorem Chri-  
stum, q̄ subulcus habet, non potue-  
runt etiam afferre maiorem sanctita-  
tem, quæ è solo Christo petenda est.

Quid

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 170

Quid ergo: inquies: num omnes san-  
cti & pñ in cœlo unā & eandem for-  
mam ita habebūt , ut nullus excellat  
alterū in gloria aut maiestate: æqua-  
lis ne erit gloriæ Christianus quispi-  
am, qui in bona tranquillitate uixit  
ac mortuus est, cum sancto Petro &  
Paulo , qui in hoc seculo multa gra-  
uia passi sunt propter Christū: Non  
certe erit per omnia æqualis gloriæ.  
Nam, quod attinet quidein ad Chri-  
stum, ad remissionem peccatorum  
in Christo, ad hæreditatem regni cœ-  
lestis ac uitæ æternæ, æqualitas erit,  
sed quod attinet ad alia quædam do-  
na, in uita æterna , præclarior erit in  
regno cœlorum , qui maiora fecit &  
passus est propter Christum in hoē  
seculo. Ut enim in humano corpore  
æqualitas uitæ est in omnibus & sin-  
gulis membris, alterum tamen excep-  
tit alterum in officijs, ita in regno cœ-  
lorum. Et Paulus ait: Stella differt à  
stella in gloria, sic & resurrectio mon-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

tuorum, Alia est gloria solis, alia gloria lunæ. Sed hoc nunc non perscrutabimur curiosius. Nam si Christo induiti fuerimus, re ipsa id melius coperiemus suo tempore, quam nunc uerbis dici potest. Deinde, Christiani per baptismum fiunt VNVS, quantum quidem attinet ad corpus Christi, quod est Ecclesia. Vnum enim est corpus Christi, in quo Christus ipse caput est. Reliqui autem Christiani membra eius sunt. Cum igitur simus membra unius corporis, recte dicimur unus in Christo Iesu. Monet & hæc unitatis ratio, ne inter nos contendamus, sed in pietate conueniamus. Monet item, ut confirme mus fidem nostrā in tentatione perditionis. Cum enim simus membra corporis Christi, fieri non potest ut pereamus, quia corpus Christi perseire non potest.

QVOD SI VOS ESTIS CHRISTI  
AGITVR ABRAHAE SEMEN  
Docuit

Docuit Paulus sententijs aliquot ante explicatis, quod efficiamur membra Christi per fidem. Quicunq; inquit, baptisati estis, Christum induitis. Et, Omnes uos unus estis in Christo Iesu. Nunc autem perspicue ostendit, quid ex hoc probare uelit, uidelicet, quod cum omnes credentes in Christum, sint membra Christi, qui est semen Abrahæ, manifeste sequitur, quod etiam omnes in Christum credentes sint semen & posteritas Abrahæ propter Christū. Quare pertinet etiam ad ipsos hereditas, quæ est Abrahæ & semini eius promissa, de qua Paulus supra disseruit. Etsi autem contemptores religionis existimant hæc prorsus inutiliter dici & doceri. Non enim curant, quam firma & certa sit religio, quam sectātur, sed agunt tantum, quod ipsis tumultum uidetur, sequuntur maiorum & magistratus sui exempla ac uoluntatem, & inter Turcas sunt Turcæ,

IN CAP. III. EPIST. AD GAL

inter Christianos sunt Christiani, inter Iudeos sunt Iudei, tamē qui sunt pīj, & solliciti de rebus uenturi seculi, diligentissime scrutantur certitudinem suā religionis, quibus etiam utilissimum est, quod Paulus hoc loco de Abrahamo & semine eius disputat. Nam uera religio de promissione Christi, & fide in ipsum, propagata est ab Adamo ad Patriarchas, usq; ad Noë. Sub Noë uenit diluuium, & perdidit omnes homines, præter Noë & familiam eius. A Noë post diluuium propagata est uera illa religio de fide in Christum in posteros eius. Sed cùm homines multiplicarentur ac dispergerentur in orbem terræ, collapsa est uera religio & exorta idolatria. Selegit igitur Dominus Abraamum ex posteritate Noe, & restituit per ipsum ueram religionem in terra, ac significauit, quod ex omnibus gentibus, agnoscat tantum ipsum & posteritatem eius pro uero suo

suo populo, ideoq; primum reuelauit ei Euangelion de Christo, & non solum promisit eum uenturum, sed etiam ē semine & posteritate sua af-futurum. Deinde promisit ipsi & po-steritati eius propriam regionem & politian, in hunc usum, ut in ea præ-dicarent promissiones de hoc Chri-sto, donec ueniret. Cūm autem so-lus Abraham, cum posteritate sua e-lectus sit in uerum populum Dei, ad quem pertineant diuinæ promissio-nes, magna fuit inter gentes conten-tio, qui sint ueri successores & poste-ritas Abrahæ. Iudei contenderunt se esse ueram Abrahæ posteritatem, ideoq; uerum populum Dei. Vnde & frequenter iactant in Euangilio, se esse Abrahæ semen. Agareni, seu Sarraceni, in quorū locum successe-runt Turcæ, contendunt se esse ue-rum semen Abrahæ, ideoq; etiam ue-rum populum Dei. Nec fuit hæc o-ciosa contentio, sed admodum ne-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

cessaria. Nam qui habet rationem ue-  
ræ salutis, huic necessarium est co-  
gnoscere, initio, qui sint ueri succe-  
sores Abrahæ. Hi enim soli sunt ue-  
rus populus Dei; deinde quid sit A-  
brahæ & semini eius promissum.  
Paulus igitur ostendit hoc loco, quæ  
sit uera Abrahæ posteritas, & uerus  
populus Dei. Christus enim semen  
illud Abrahæ est, de quo in promis-  
sione dicitur, In semine tuo benedic-  
tur omnes gentes terræ. Qui autem  
credunt in Christum, hi fiunt mem-  
bra Christi per fidem, etiam si nō sint  
de corporali familia Abrahæ. Quare  
fiunt etiam semen seu posteritas A-  
brahæ propter Christum. Reliqui  
autem, qui non credūt in Christum,  
non reputantur pro semine Abra-  
hæ, ideoq; non sunt uerus populus  
Dei. De hac re concionatur etiam Io-  
annes Baptista, Nolite dicere, patrē  
habemus Abraham, potest enim De-  
us facere, ut ex his lapidibus surgant  
filij

filiū ipsi Abrahæ. Habes solos credentes in Christum, esse ueram posteritatem Abrahæ. Ad hos igitur solos pertinet promissiones ad Abraham dictæ. Quid ergo Abrahæ promisum est: Primum, quod Deus uelit esse Deus seminis seu posteritatis eius, Ergo soli credētes in Christum, sunt uerus populus Dei, Reliquia autem sunt à Deo abiecti. Deinde promisit Deus in semine Abrahæ, qui est Christus, benedictionem. Benedictio autem est, remissio peccatorum, imputatio iusticiæ per fidem, uictoria super mortem, & fœlicitas sempiterna. Cùm igitur soli credentes in Christū, sint uera Abrahæ posteritas, pertinet etiam ad ipsos solos hæc benedictio. Reliqui omnes sunt in peccatis, sunt iniusti, pereunt in morte, & condementur perpetuo. Sic enim inquit Paulus: Quod si estis Christi, igitur semen Abrahæ estis, & iuxta promissionem heredes, hoc

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

Est, ad uos pertinet omnis hæreditas,  
quæ est Abrahamo & semini eius  
promissa. Hęc autem hæreditas non  
intelligenda est corporalis. Etsi enim  
Abrahamo fuit etiam promissa ex-  
terna regio, tamen ea non fuit pro-  
missa, nisi ad conseruandam promis-  
sionem & prædicationem de spiri-  
tuali hæreditate. Spiritualis enim hæ-  
reditas Abrahæ promissa, hæc est,  
Remissio peccatorum et iusticia per  
Christum, Liberatio & conserua-  
tionem in morte, & regnum cœleste. Hac  
hæreditate nulla potest dici maior,  
aut excellentior. Ad hanc conseque-  
dam nullus labor intermittēdus est.  
Ad hanc consequendam in hac terra  
uersamur. Cōsequimur autem eam  
per fidem in semen Abrahæ, qui est  
Christus, & conseruamus eam, per  
obedientiam fidei. Quare nihil non  
agendum est, quo Christū uere per  
fidem cognoscamus, & in ipso ma-  
neamus.

Caput

# CAP. III.



ICO AVTEM,  
QVANDIV HAE-  
RES PVER EST.)

Perseuerat Pau-  
lus adhuc in expli-  
cando usu legis, ut  
ostēdat, q̄ nec lex,

nec opera legis iustificant, sed quōd  
iustificemur tantum propter Chri-  
stum per fidem. Cūm autem antē ex-  
plicuerit usum legis similitudinibus  
ductis à Testamēto, à pēdagogo, &  
carcere, nunc ponit aliam similitudi-  
nēm sumptam à tutela, qua orphani  
curantur. Etsi autem similitudines  
non probant nec confirmant per se  
rem dubiam, ac in controuersia posi-  
tam, tamen rem antē probatam cla-  
rissimē explicant & illustrant. Qua-  
re, cūm Paulus supra probauerit  
firmissimis argumentis, quōd nec le-  
ge nec operibus eius iustificemur,

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

sed tantum propter Christum perfidem, illustrat nunc illud aptissimis & eruditissimis similitudinibus. Quamdiu, inquit, haeres puer est, nihil differt a seruo, &c. Hic initio obseruandum est, quam necessariæ sint legitimæ ordinationes de tutela & curatione pupillorum, & quantum cultum Deo prestant, qui fideles argunt tutores & curatores. In lege enim Exod. cap. xxij. dicitur: Viduae & pupillo non nocebitis. Si leseritis eos, uociferabuntur ad me, & ego audiām clamorem, &c. Sunt autem pupilli alienæ iniuriæ facile obnoxii, & non solum nocetur eis, cum opes ipsorum diripiuntur, uerum etiam cum sine tutela & curatione dimittuntur. Quare publicæ leges humanissime & necessario instituerunt ordinaciones tutorum & curatorum, ut pupilli horum autoritate & opera tute essent, ac recte erudirentur. Nec potest resp. fœlix esse, ubi pupilli non prouiduntur.

prouident tutelis & curationibus. Si  
leseritis, inquit, eos, indignabitur fu-  
ror meus, percutiamque uos gladio,  
& erunt uxores uestrae uiduae & fi-  
lii uestri pupilli. Leduntur autem no-  
solum uiolentia, sed etiam neglectio-  
ne. Quare si resp. uoluerit esse foelix,  
necessse habebit pupillos & uiduas  
diligentissime tueri & curare. Qui  
autem suscipiunt administrationem  
tutelæ & curationis, hi et si suscipiunt  
graue onus & magnam molestiam,  
quæ parum utilis in rem ipsorum ui-  
detur, tamen si fideliter eam admini-  
strant, faciunt cultum Deo gratissi-  
mum. In Deut. enim cap. x. dicitur de  
Deo, Facit iudicium uiduae & pupil-  
lo, amat peregrinum, & dat ei uictum  
atque uestitum. Qui ergo suscipit tute-  
lam & curationem pupilli, is diuinum  
agit officium, & est Domini Dei mi-  
nister. Præterea, cum resp. consequa-  
tur foelicem tranquillitatem, si non  
ledantur pupilli, sed curentur quem

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

admodum in Exodo cap. xx. scriptū  
est, manifestum erit, tutorem & cu-  
ratorem, quantum in ipso est, conser-  
uare sua opera remp. Muri enim nō  
constat, nīl anteā Deus sit reip. pro-  
picius. Quare tutor fidelis multo  
plus defendit remp. & urbem, quam  
muri & propugnacula. Deinde, ut  
ad explicandam Pauli similitudinem  
ueniamus, uidendum erit, quæ sīnt  
conditiones tutoris & pueri, & quo-  
modo conueniant cum lege seu Mo-  
se, qui dicitur tutor omnium filiorū  
Dei. Sunt autem hæ conditiones &  
proprietates: Tutor non datur pu-  
pillo in perpetuum, sed tantum ad tē-  
pus, uel per legem, uel per Testamē-  
tum patris præscriptum. Sic & Mo-  
ses institutus est à Deo filijs suis in tu-  
torem, non perpetuum, sed tempe-  
raneum, donec uidelicet ueniret se-  
men promissum, Iesus Christus Do-  
minus noster. Postquam igitur Chri-  
stus aduenit, abrogatus est Moses

cum

EXPLICAT. IOAN. BREN. - 176

cum lege sua, ideoque nec lex nec opera seu merita eius iustificant. Adhæc, Tutor non solet pupillo conferre sua propria bona, sed administrat aliena à parentibus aut consanguineis pupillo relicta. Sic & Moses & lex eius, etsi sunt sancta & iusta, tamen nulli conferunt iusticiam & sanctitatem, sed tantum curant ad accipiendam alienam iusticiam, quae est iusticia Iesu Christi. Præterea, Tutor etsi grauiter reprehendit pupillum propter delicta, & castigat eum uirgis, ac minatur ipsi intercessionem, tamen si fidelis fuerit, non spoliat pupillum bonis suis, nec potest eum exhæredare, ne accipiat sua legitima bona. Sic & Moses, et si ostendit peccata, & minatur perpetuam damnationem, tamen facit illud non hoc animo, ut maneamus in damnatione, quam meriti sumus, sed ut ad Christum confugiamus, & damnationem effugia.

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

mus. Quod autem ad pupillum attinet, etli eit dominus omnium suorum bonorum, tamen non permittitur ei libere in bonis suis uersari, sed habetur ut seruus, castigatur uirgis, nec habet potestatem quicquam uendidi sine autoritate tutoris, donec ueniat tempus emancipationis. Sic & omnes filij Dei, qui fuerunt ante aduentum Christi, necesse habuerunt continenti sub tutela & curatione Mosi & legis, & facere opera legis, quasi necessarium esset multis operibus mereri iusticiam & regnum coelorum, cum tamen fuerint domini, hoc est, possederint gratis iusticiam & ius regni coelorum, per semem Abrahæ, qui est Christus. Sub elementis, inquit, mundi eramus, in seruitutem adacti. Legem & opera eius uocat elementa mundi, hoc est, Alphabetum. Nam quod est Alphabetum in doctrina litterarum, hoc est lex Mosi & opera eius in consequenda iusticia. Alphabetum

betum autem non facit quempiam doctum. Est quidem initium doctrinæ, nō est autem perfecta doctrina, etiamsi quispiam ad unguem sciat alphabetum. Sic & lex ac opera eius nullum hominem faciunt iustum. Sunt quidem, ut sic dicam, initia iusticiæ, dum uel continent rudes in externa disciplina, uel ostendunt grauitatem peccati, non autem sunt uera & perfecta iusticia. Quare nequaquam sentiendum est, quod iustificemur coram Deo propter opera legis. Hic autem uide mihi, quanto felicius sit tempus Euangelij, quam tempus legis. Nam tempus Euangelij facit statim ex auditoribus summos doctores, hoc est, perfecte iustos, non quidem in carne, sed in Christo. Vnde Hieremij xxxi. dicitur, Non docebit ultra uir proximum suum: Omnes enim cognoscunt me à minimo. Qui enim didicit Christum & Euangeliion eius, hic factus est summus do-

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

ctor & uerè iustus coram Deo. Tē  
pus autem legis, non fecit nisi Alpha  
betarios, seu ut uocāt, Abecedarios.  
Et omnes sub lege fuerunt pueri ele  
mentarij. Nullus enim eorum tam  
doctus fuit, quod potuerit tam per  
spicue scire ea de Christo, quæ conti  
nentur in symbolo Apostolorum, quod  
hoc tempore, etiam pueri nostri re  
citare solent. Quid ergo: num dam  
nati fuerunt: Nequaquam, quia Pau  
lus dicit, Puer nihil quidem differt à  
seruo, sed tamen est dominus omni  
um; ita et si ueteres sub lege fuerunt  
pueri elementarij in iusticia, & uelut  
ei serui, tamen quia habuerunt pro  
missionem seminis Abrahæ, & cre  
diderunt eam, fuerunt haeredes uere  
iusticiæ, & felicitatis.

AT VBI VENIT PLENITV  
DO TEMPORIS)

Absoluimus priorem partem si  
militudinis ductæ à pueris & tuto  
ribus

EXPLICAT. IOAN. BREN.

173

ribus. Nunc sequitur posterior pars,  
de libertate ab aliena tutela seu ser-  
uitute. Priusquam reuelatus est Chri-  
stus & Euangelion eius, filij Dei  
continebantur sub lege Mosi, tan-  
quam pueri sub tutore, qui non diffe-  
runt a seruis. Vbi autem uenit ple-  
nitudo temporis, hoc est, ubi im-  
pletum est tempus, quod Deus de-  
creuerat, misit Deus filium suum fa-  
ctum ex muliere, factum sub lege,  
&c. Hic est unus e præcipuis locis to-  
tius scripture, ac ualde memorabilis.  
Continet enim & clarissimam descri-  
ptionem Christi Domini nostri, & e-  
pitomen ac compendium totius Eu-  
angelij. In descriptione autem Chri-  
sti duo sunt obseruanda, Alterum  
est persona Christi, Alterum est offic-  
ium eius. Personam Christi descri-  
bit Apostolus cum ait, Deus misit  
filium suum factum ex muliere. Hoc  
enim significat Christum esse ue-  
rum Deum, & uerum hominem.

Z 2

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

Filius Dei naturalis est , ergo & ipse  
est Deus . Factus est ex muliere , non  
ex viro & muliere , sed ex muliere ta-  
tum , hoc est , uirgine . Factus igitur  
est homo , sed absque peccato , quia  
de spiritu sancto conceptus . Itaque  
Christus , quod ad personam ipsius  
attinet , uerus est Deus , & uerus est  
homo . Officium autem Christi de-  
scribit Paulus , cum ait : Factum sub  
lege , ut eos , qui sub lege erant , re-  
dimeret , ut adoptione ius filiorum  
acciperemus . Christus enim uenit  
in hunc mundum , non ut legisla-  
tor , non ut nouam ferret legem , sed  
uenit ut liberator , ut liberaret homi-  
nes à lege , ideoq; factus est nō supra  
legem , sed sub lege . Videamus igitur  
quomodo Christus factus sit sub le-  
ge , aut legi obnoxius , ut etiam cog-  
noscamus , quatenus nos à lege re-  
demerit . Sunt enim tria officia le-  
gis : unum est , quod exigit externam  
& ciuilem obedientiam . Secundum  
est

est, q̄ exigit ueram et perfectā obedi-  
entiam in omnibus mādatis Dei. Ter-  
tium, quōd accusat, perterrefacit, ma-  
ledicit, execratur, crucifigit, & occi-  
dit peccatorē. Hæc officia legis Chri-  
stus in se suscepit, & iuxta ea libera-  
uit etiam nos à uarijs seruitutibus le-  
gis. Primum enim Christus suscepit  
obedientiam legis Mosaicæ. Circun-  
cisus est, Redēptus est Mosaicis ob-  
lationibus, ut primogenitus, Obser-  
uauit Sabbatum, & alia quæ pertine-  
bant ad politiam & cærimonias Ec-  
clesiæ Israeliticæ. Hac obedientia, et  
si non tenebatur, tamen quia præsti-  
tit eam uolens, impetravit, ut diuul-  
gato Euangelio suo in orbem terræ,  
nullus credens in ipsum necesse ha-  
beat politica & ceremonialia Mosi fa-  
cere. Itaq̄ postquam Christus uenit,  
& Euangelion reuelatum est, nō am-  
plius sumus sub tutore Mose, & sub  
elemētis legis, sed facti sumus liberi,  
uidelicet, à politicis & ceremonia-

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

libus Moysi. Hæc autem minima est pars libertatis Christianæ. Deinde Christus suscepit in se ueram & perfectam obedientiam omnium mandatorum Dei, quæ in his duobus pendent, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & proximum sicut te ipsum. Nam Christus perfecte impleuit has leges: Itaque meruit hac obedientia, ut nos redimeremur a lege. Quid ergo meruit ne, ut nos non necesse habeamus diligere Deum, & proximum? Quid potest hac sententia absurdius dici? Respondeo, Christus non hoc meruit, ut licet nobis peccare, sed meruit, ut cum non possimus his legibus perfecte satisfacere, donaretur nobis in ipsum credentibus sua ipsius satisfactio & iusticia, qua & in conspectu Dei non aliter gloriari possimus, quam si nos satisfecissemus legi, & liceat nobis facile uirtute spiritus sancti dilectionem Dei ac proximi, quantum

tum in hac carne possibile est, secta-  
ri. Hæc certe est uera liberatio à le-  
ge. Postremo, quia Christus susce-  
perat peccata nostra expianda, id-  
circo suscepit etiam omnes legis  
maledictiones, quæ peccatoribus  
debentur. Lex enim maledicit pec-  
cato rem uarijs corporalibus affli-  
ctionibus, fame, frigore, pauper-  
tate, & alijs aduersis. In sudore, in-  
quit, uesceris pane tuo. Quare eti-  
am Christus suscepit in se has ma-  
ledictiones, & factus est hac in par-  
te sub lege. Ad hæc, Lex perterre-  
facit peccatorem, ostensa ei magni-  
tudine peccati & iræ diuinæ. Qua-  
re & Christus factus est hac in parte  
sub lege, & suscepit tantum terro-  
rem, ut etiam sudaret sanguineum  
sudorem, nec posset iam humanis  
consolationibus sustentari, sed indi-  
geret angelico auxilio. Præterea lex  
immittit peccatori uincula, & cap-  
tiuitates, ac infligit ei plagas & per-

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

euissuras. Suscepit igitur & hęc Christus, ut omnino sub lege esset: Cap-  
tus enim est, & percussus non alapis  
tantum, sed & flagellis. Deinde, Lex  
crucifigit & maledicit, ac occidit pec-  
catorem. Quare Christus etiā in hac  
parte factus est sub lege. Crucifixus  
enīm est, & reputatus maledictus,  
ac in cruce mortuus quoq; est. Hoc  
iterum est uere fieri sub lege. Quid  
autem Christus hac obedientia me-  
ruit? Lex nihil iuris habuit in ipsum,  
quia fuit innocētissimus. Idcirco me-  
ruit, ut quotquot in ipsum credunt,  
redimerentur à lege, hoc est, non ut  
nihil aduersi amplius patiantur, non  
ut non affligantur suis crucibus in  
hac terra, sed ut peccata non possint  
amplius eos accusare, & damnare,  
& ut cruces & mortes non possint  
eis esse detrimento, sed necesse habe-  
ant ipsis in bonum cedere, propter  
Christum. Hęc est maxima omnium  
libertas, nullo auro, nullis gemmis,

imo

**EXPLICAT. IOAN. BREN.**

187

Imo ne omnibus quidem regnis totius terræ comparabilis. Quid ergo dicemus? Si Christus hæc primum in aduentu suo impetravit, quomodo veteres Patriarchæ seruati sunt: Fuerunt adhuc sub lege, Ergo ne etiam dānati: Nequaquam. Etsi enim Christus nondum aduenerat, & ipsi necessitate habebant sub disciplina legis esse, tamen quia filij fuerunt Dei, licet adhuc paruuli, fuerunt etiam hæredes diuinorum bonorum per fidem in Christum uētūrum. Hoc tantum est discrimen inter nos et ipsos, quod post aduentum Christi nobis, hoc tempore, ut adultis, & non amplius paruulis, hæreditas cœlestis tradit per spicue, manifesta & reuelata prædicatione Euangeli, quod certe mereatur nomen libertatis. Ipsi autem trædebatur tantum obscure sub sacrificijs, & per promissiones deuenturo Christo, quod non immerito seruituris nomine explicatur. Et hoc ipsum

Z,

IN CAP. IIII. EPIST. AD. GAL.

est, quod Paulus Roman. xiij. dicit.  
Nunc proprius nobis adeat salus, q̄  
tum cūm credebamus. Cæterum,  
quemadmodum tempore legis, an-  
te aduentum Christi, omnes p̄ij fue-  
runt liberi in conscientia, propter  
Christum uenturum, in quem credi-  
derunt, ita tempore Euangelij, om-  
nies hi, qui nondum agnito Christo,  
in peccatis ambulant, sunt sub lege  
& serui legis, ac damnatiōi obnoxij,  
donec & ipsi Christum per fidem ag-  
noscant, ac resipiscant. Quare danda  
est opera, ut Christum uere cognos-  
camus, quo & ueram libertatem fi-  
liorum Dei consequamur, & reti-  
neamus.

VT ADOPTIONE IVS FILIO  
RVM ACCIPEREMVS.)

Exponit Paulus manifestius, quid  
Christus impetraverit nobis obedi-  
entia sua. Nam quod factus est legi  
obnoxius, impetravit nobis non so-  
luta

**EXPLICAT. IOAN. BRENT.**

lum, ut essemus à lege liberi, uerum etiam, ut consequeremur propter ipsum filiationem, hoc est, adoptionem in filios & ius filiorum, idque adulorum, & non amplius puerorum. Nos enim natura sumus filii iræ, seu filii Satanæ, & hæredes inferni, postquam autem Christus factus est legi obnoxius, & obediens usque ad crucem mortis, impetravit, ut quot quot in ipsum credunt, adoptentur in filios Dei. Vnde Ioannis. i. ait. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomen ipsius. Quid ergo est, filium Dei esse? Nulla humana uerba possunt hanc dignitatem satis explicare, nulla humana ratio potest eam satis comprehendere. Sunt & inter homines suæ filiations & paternitates, quas Deus, non in hoc tantum creauit, ordinauit, ac instituit, ut pater filium nutriat, & relinquat ei hæreditatem, sed multo magis, ut esset sacramentum, quo

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

cognosceretur, quomodo inter se habent Deus & filii eius. Invisibilia enim Dei, ut Paulus ait, cognoscuntur ex uisibilibus creaturis, hoc tamē sacramentum non potest ad uiuum exprimere, qualis uerè sit conditio inter Deum & filios eius. Fuerunt enim parentes, qui liberos suos aut negligenterunt, ueluti alienos, aut expulerunt, aut etiam trucidarunt, cum liberi adhuc essent infantes. Talis auctoritas crudelitas nullum prorsus locum habet apud Deum. Nunquid potest obliuisci, inquit Esaias, mulier infans suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa obliuiscitur, ego tamen non obliuiscar tui. Quare affectus Dei erga eos, quos agnoscit filios, propter Christum, longe superat affectum omnium terrestrium parentum. Quid igitur potest tali homini, qui est à Deo in filium propter Christum adoptatus, deesse? Si indiget iustitia, quæ est summum bonum, habet

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 113

bet patrem iustissimum, cuius iusti-  
ciæ filius hæres est. Si indiget sanita-  
te, habet patrem autorem omnis sa-  
nitatis, cuius ipse hæres est. Si indiget  
diuitijs, patrem ditissimum, cuius est  
cœlum & terra, & omnis plenitudo  
eorum, quarum rerum filius est hæres.  
Si indiget uita, in ipsa morte, habet  
patrem omnipotentem, & omnis ui-  
tae auctorē, cuius ipse hæres est. Quid  
igitur de miseria nostra conqueri-  
mur? Metuo, inquis, ne propter pec-  
cata mea, quæ post baptismum, in  
quo sum in filiū adoptatus, designa-  
ui, exhäuserdatus sim à Deo? Certe  
Deus exhäuserdare solet impios fili-  
os. De Israelitis, quos Deus antea uo-  
cauerat filios suos, ait Dominus per  
Ieremiam cap.xv. Si steterint Moses  
& Samuel coram me, non est anima  
mea ad populum istum. Eijce illos à  
facie mea. Et cap.xx. Viuo ego, dicit  
Dominus, Si lechonias fuerit annu-  
lus in dextera manu mea, inde euellā

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.  
eum. Attamen, non ita exheredat, ut  
non recipiat pœnitentes. Si pœniten-  
tiam, inquit, egerit gens illa à malo  
suo, agam & ego pœnitentiā. Et, Vi-  
uo ego, nolo mortem impij, sed ma-  
gis ut conuertatur. Et rursus, Iere-  
ij. Si dimiserit uir uxorem suam, &  
recedens ab eo nupserit alteri uiro,  
nunquid reuertet ad eum ultra? Nu-  
quid non polluta & contaminata es-  
tit mulier illa? Tu autē fornicata es  
cum amatoribus multis, tamē reuer-  
tere ad me, dicit Dominus, & ego si-  
scipiam te. Nota est parabola Lu.xv.  
de filio perduto. Quare, et si peccasti,  
& exheredatus es propter peccatum,  
tamen si resipueris, restitueris etiam  
iuri filiationis diuinæ. Deinde, Chri-  
stus obedientia sua non impetravit  
tantum, ut essemus filii Dei adhuc  
pueri, sed potius adulti, & ut ha-  
beamus ius ad ultorum liberorum.  
Quod ergo est illud ius? Primum,  
cūm filius adhuc insans, sit sub toto  
ribus

tibus, & nihil propemodum differat  
a seruo, posteaquam peruererit ad  
iustam ætatem, tunc fit liber, nec ne-  
cessere habet sub tutoribus esse, ita &  
Christus, postquam aduenit, libera-  
uit filios Dei à tutela Mosi & legis e-  
ius, & restituit eos libertati. Deinde  
hæreditas paterna traditur filio adul-  
to, ut possit eam deinceps pro suo  
arbitrio administrare. Sic etiam,  
postquam aduenit Christus, reuela-  
tum est Euangelion eius, in quo per-  
spicue, nullis ambagibus, nullis ob-  
scuratibus, nullisq; conditionibus,  
traditur nobis cœlestis hæreditas.  
Huius autem hæreditatis bona sunt,  
Remissio peccatorum, Iusticia per-  
fecta in Christo, liberatio ab affli-  
ctionibus, Conseruatio in morte,  
Et perpetuum regnum cœli. Hæc  
nobis libere & gratis traduntur per  
Euangelion Christi, cum tamen ue-  
teribus ante aduentum Christi, tra-  
debantur inuoluta multis obscu-

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

ritatibus, ac uidebantur minime gratis dari, sed propter multa merita operum legalium, quemadmodum pueru, et si est dominus omnis haereditatis, non solet dari tunica, aut gladiolus, nisi uideatur quodammodo mereri, & tamen non est ullum eius meritum, sed tantum disciplina aut paedagogia. Porro autem, quemadmodum filio adulto traditur quidem haereditas libere, non autem in hunc abusum, ut dissipet eam, ut perdat eam scortis, ludo, & conuiuijs, sed ut honestam ducat uitam, & honeste opes suas administret: ita haereditas cœlestis, traditur quidem nobis libere & gratis per Euangelion, non autem ut abutamur ea ad peccata, sed ut utamur ipsa ad ducendam honestam uitam. Præterea, non traditur nobis, ut re ipsa sentiamus haereditatem externo sensu in hac terra, sed ut nunc possidētes ius hereditatis, fruamur ea post hanc uitam. Nunc filij

Dei

Deisimus, inquit Ioannes, & nondum apparuit, quid futuri sumus. Scimus autem, quoniam, si apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Etenim, quemadmodum Christus ipse, in hac terra, gestauit formam serui, obnoxius omnibus afflictionibus, ac videbatur omnium hominum abiectissimus, & tamen erat uerus filius Dei, & haec regni cœlestis, quam hæreditatē, post resurrectionem fructu suo percepit, ita & nos habemus nunc ius cœlestis hæreditatis, qua fruemur post hanc uitam. Quare etiamsi frater illabatur orbis, tamen consolemur nos ipsos ex iure, quod de regno cœlorum propter Christum habemus.

QVONIAM AVTEM ESTIS  
FILII, EMISIT DEVS.)

Docuit Paulus antea, quod Christus impetraverit nobis, in ipsum credētibus, ut adoptaremur in filios

a

1. Ioannis 3.

IN CAP. IIII EPIST. AD GAL.

Dei. Nunc autem docet, quid tam  
donorum, quam beneficiorum no-  
bis contingat ex eo, quod simus fa-  
cti filii Dei. Ac primum, quia, (in-  
quit) estis filii Dei propter Christum,  
idcirco datus est etiam uobis spiri-  
tus Christi, qui clamat Abba Pater.  
Hoc est beneficium longe omnium  
maximum, & ab humano captu in-  
comprehensibile, uidelicet, posse ac-  
scire, clamare & uocare Deum ex ani-  
mo, & certa conscientia, PATREM,  
ac orare, PATER Noster, quod  
est exordium dominicae orationis.  
Non est nunc nobis sermo de exter-  
na orationis dominicae enumeratio-  
ne, quae certe unicuique siue pio siue  
impi obvia & facilis est, sed de cla-  
more conscientiae, quo Deus indubi-  
tata certitudine inuocat ut PATER.  
Nam qui consecutus est hanc scientiam  
& eloquentiam, qd possit & audeat  
ad Deum, ut patrem, clamare, hoc est,  
orationem dominicam recte orare,

& primum eius uocabulū, quod est PATER, ex animo dicere, huic ad salutem nihil prorsus deesse potest. Etenim, si obīciuntur nobis in conscientia, peccata, & mors minatur nobis perpetuum exitium, & clamamus ad Deum Abba pater, Lieber Vatter, ex animo, tunc Deus cōmittere non potest, ut sinat filium suum in tantis angustijs perire. Quis ex uobis, (inquit Christus apud Lucā) pater, à quo si filius petierit panem, num lāpē dabit illi; aut si pīscē, num pro pīscē serpente m dabit; aut ouum, num porriget scorpīū? Si ergo uos cūm fītis mali, nostis bona dona dare fītis uestris, quāto magis pater uester cōlestis dabit spīritum sanctum poscentibus se. Itaq̄ cum quis comprehēditur iudicio peccator̄, & clamat ad Deum ut patrē, certe is cōlestis pater, nō augebit peccata peccatis, sed potius dabit pro peccatis, ueram & perfectam iūsticiā, uidelicet, iūsticiā

LUCA IV, 42.

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL

unigeniti filij sui , quam imputabit  
cuius inuocant se ex fide in Christū  
filium suum. Item, cùm quis compre-  
henditur horrore mortis & inferni,  
& clamat ad Deum, ut patrem, tunc  
cœlestis ille pater non est tam crude-  
lis, quod mortem duplicet , & infer-  
num feruentius accendat, sed est tan-  
tæ clementiæ , ut pro morte uitam,  
pro inferno cœlum largiatur. Quod  
indicaimus de aduersis cōscientiæ,  
hoc etiam intelligēdum est de aduer-  
sis corporalibus . Si enim quem op-  
primat uel egestas , uel infirmitas  
corporalis, uel infamia, & clamet ad  
Deum, ut patrem , fieri non potest,  
ut hæc aduersa male cedant ipsi, sed  
conseruabitur potentissime. Pater e-  
nim cœlestis non potest committe-  
re, ut sinat filium suū, petentem auxi-  
lium, perire . Quare nihil ad salutem  
deest ei , qui potest & audet Deum  
ut patrē, uere & ex animo inuocare.  
Hoc enim unum PATRIS uoca-  
bulum

bulum ita expugnat animum Dei,  
ut nequeat se continere, quin inuocā  
ti offerat omnem suam operam &  
auxilium. Sed quomodo, inquis, fieri  
potest, ut conscientia inuocet Deum  
indubitata certitudine ut patrem?  
Multæ enim sunt, quæ cōtrarium cla-  
mant, quæ & superare uidentur cla-  
morem nostrum. Nam, si consydera-  
mus humanæ naturæ imbecillitatē,  
quomodo tam abiecta creatura po-  
test Deum alloqui ut patrem? Si au-  
tem ponimus nobis ob oculos pecca-  
ta nostra, tunc deprehēdimus quòd  
magis patrem habeamus Satanam,  
quam Dominum Deum nostrum.  
Itaq; cùm nos clamamus ad Deum,  
ut ad patrem, tunc multo fortius re-  
clamat Satan, & dicit: Non, Non, De-  
us non est Pater tuus, quia es pecca-  
tor. Sed ego Satan sum pater tuus,  
et tu es filius meus. Quare eris & he-  
res meus. Hic Satanæ clamor est for-  
tissimus, ac solet, nisi prouideamus,

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL

& cauteamus, clamorem spiritus ex-  
cutere . Quomodo ergo certi effici-  
mūr, quod clamor nōst̄r, quo inuo-  
camus Deum, ut patrem , sit uerus,  
& quod Deus agnoscat nos , ut fili-  
os . Respondeo . Hanc certitudinem  
affert nobis Iesu Christus Dominus  
nōst̄r, si in ipsum crediderimus . Nā  
Christus, qui est uerus & naturalis fi-  
lius Dei, expiauit peccata nostra, &  
reconciliauit nos cum Deo, quem &  
Deus in tantum dilexit, ut receperit  
se omnes eos , qui credunt in ipsum,  
pro filijs agnitorum . Quare si quis  
in Christum filium Dei credit, & cla-  
mat ad Deum, ut patrem , tunc De-  
us agnoscit eūm, ut filium, quia inue-  
nit in ipso, uerum & naturalem filiu-  
sum Iesum Christum, & uidet inuo-  
cante in esse membrum Christi . Ita  
que certitudo conscientiae , de Deo  
patre, non est sita in dignitate nostra  
rum uitutum, sed tātum in Christo  
Iesu, cuius membrum est clamās ad  
eum

cum per fidem. Hic nunc uide mihi,  
qui sint hi homines, qui nec sciūt, nec  
possunt, nec audent ad Deum, ut pa-  
trem, clamare, & orationem domini  
cā, PATER Noster, ne incipere qui-  
dem, tantum abest, ut queant ad fi-  
nem usq; recte perorare. Nam, qui  
non sunt certi per fidē, se esse in gra-  
tia Dei, & habere propiciū Deum,  
propter Christum, hi non possunt,  
nec audent Deum, ut patrem, allo-  
qui. Itaq; nullus Turca, nullus iude-  
us, nullus hypocrita Christianus, nu-  
llus cōspicere impoenitēs peccator, nullus de-  
niq; impius, potest Deum ut patrem  
inuocare. Hactenus docuerunt So-  
phiste, nullum posse esse certū, se ha-  
bere Deū propiciū, & esse in gratia  
Dei. Hæc fuit doctrina imp̄iissima;  
primū, q; quantū in ipsa fuit, significa-  
uit, totū Euangelion, quod nobis cer-  
tam gratiā Dei in Christo premittit,  
esse uanū & mendax: deinde effecit,  
ut nullus hominū potuerit recte dice

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

re orationem dominicam, adeoque  
primum eius uocabulum, PATER  
NOSTER. Quare, abiecta illa im-  
pia doctrina, teneamus certitudinē  
Euangelij Christi, quo certi effici-  
mur, quod credentes in Christum, si  
mus Deo accepti, ut filij eius, & pos-  
simus ipsum, ut patrem, inuocare.

ITAQ VE IAM NON ES SERO  
VVS, SED FILIVS)

Secundum beneficium, quod invi-  
petrauit nobis Christus obedientia  
sua, in hoc consistit, quod cum clame-  
mus spiritu Christi ad Deum, Abba  
pater, non simus amplius serui legis,  
sed liberi filij. Itaque Christus liberauit  
nos a seruitute legis, & attulit nobis  
libertatem filiorū Dei. Quae autem  
sit seruitus legis, supra dictū est: sed  
nunc quoque pauca de ea dicamus,  
quia res est cognitu ualde necessa-  
ria. Vna enim seruitus est, quod qui  
uoluerunt censi membra populi  
Dei,

**EXPLICAT. IOAN. BRENT.** 189

Dei, & in populi Dei politia uersari, hi necesse habuerunt obedientiam legis Mosaicæ in ceremonijs & politicis, in circuncisione & sabbatismo ac alijs ritibus suscipere. Ab hac autem seruitute & necessitate liberauit nos Christus per diuulgationem Euan-gelij sui, in totum orbem terræ. Itaque nunc non sumus serui legis. Alia seruitus est, quod cum lex sit agnitione peccatorum, faciat omnes homines reos peccati, quia nullus hominum perfecte satisfacit legi. Christus autem expiavit peccata nostra, ut quemadmodum in lege agnoscimus grauitatem & magnitudinem peccati, ita in Christo agnoscimus perfectam iusticiam nobis per fidem communicatam. Quare nec hac in parte sumus amplius serui legis. Alia seruitus est, quod cum lex facit nos omnes reos peccati, obijciat nos maledictioni, morti, Satanæ, & perpetuae damnationi. Hæc est grauissima seruitus. Ab hac

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

autem liberauit nos Christus , quia  
suscepit in se maledictione & mor-  
te , expiavit peccata nostra , & uicit  
mortem atque condemnationem . I-  
taque nec hoc modo sumus amplius  
serui legis . Hæc non sunt tantum au-  
dienda , sed in usum transferenda .  
Sunt enim arma spiritualia , quibus  
muniendus est animus noster , in pu-  
gna aduersus Satanam & mortem ,  
& in grauisbus conscientiæ certami-  
nibus . Homines uaria habent nego-  
cia , publica & priuata . Publice geri-  
tur magistratus , & bellatur aduer-  
sus hostes , ac hoc præsertim tempo-  
re aduersus Turcas . In his negocijs  
conficiendis , multi & magni sunt co-  
natus ac labores . Priuatim autem u-  
nusquisq; paterfamilias et opifex sua  
habet negotia , quibus distinet . Hæc  
et si diligenter pro uniuscuiusq; uoca-  
tione peragenda sunt , tamē nec sunt  
præcipua , nec maxima , ad quæ in  
hac terra uocati sumus . Deus enim

con-

**EXPLICAT. IOAN. BRENT.** 150

constituit nos in hanc terram præcipue ob hanc causam, ut pugnemus cum peccatis, cum Satana, cum morte, cum damnatione, & consequamur iusticiam, uitam, & fœlicitatem. Habemus fortē, astutum & irquietum aduersarium, qui circuit, quasi leo rugiens, & querit quem deuoret. Aduersus hunc pugnandum est sine intermissione, tam publice quam priuatim. Cūm Paulus prædicaret Euangelion, Satan excitauit Phariseos, qui uolebant Christianos in seruitutem coniūcere, dicentes: Ni si circuncidamini iuxta legem Moysi, Christus uobis nihil proderit. Cūm hoc Satana pugnauit Paulus, quamdiu uixit. Pugnauerunt & aliij Apostoli in Concilio Hierosolymitano, Act. xv. Sic & priuatim pugnat Satan cum unoquouis Christiano, & cupit ipsum in seruitutem legis coniūcere. Dicit enim, Tu non seruastilegem, Ergo es obnoxius morti &

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

damnationi. Hoc certe nihil aliud  
est, quām conari conscientiam in ser-  
uitutem legis iterum subiūcere. Sed  
obuiāndum est Satanæ hoc spiritus  
gladio, quem Paulus hoc loco pro-  
ponit dicens: Iam non estis serui, sed  
filij. Respondendum enim est, Quid  
tu Satan mihi legem obiūcis? Non  
sum amplius sub lege, sed sub gratia.  
Nō sum seruus legis, sed liber filius.  
Quare iudicium & condemnatio le-  
gis nihil ad me. Vides igitur quām  
necessarium & obseruabilem usum  
habeat hæc Pauli doctrina. Alia ser-  
uitus legis est, quòd lex exigebat me  
rita operum. Sicut enim serui necel-  
se habent dominorum beneficia &  
mercedem mereri, ita lex non confe-  
rebat beneficia, nisi meritis. Christus  
autem liberauit nos ab hac seruitu-  
te, quia confert nobis omnia benefi-  
cia gratis, idēp non aliter, quām filij  
consequuntur hæreditatem. In fami-  
lia enim alia est seruorum, alia filiorū  
conditio.

EXPLICAT. IOAN. BREN.

conditio. Serui necesse habent suam mercedem mereri, & quantula est ea merces, si cum tota domini substātia conferatur? Filii autem non merentur, sed sunt heredes omnium bonorum, nascendo tantum. Sic etiam in populo Dei, hypocritæ sunt serui: Vere autem credentes sunt filii. Illi multa faciendo, paucissima merentur. Hi autem renascendo tātum per Christum, consequuntur maxima. Alia seruitus legis est, quod qui sub lege sunt, tristī & seruili animo faciunt bona opera. Christus autem dedit nobis liberalem & filialem sp̄itum, ut quęcunq; bona facimus, libe rali & candido animo faciamus. Ha bes seruitutem legis, ē qua Christus nos liberauit, & fecit nos liberos filios. Tertium beneficium est, quod cūm Christus fecit nos filios Dei, fererit nos etiam heredes Dei, suos autem cohæredes. Hoc beneficium maius est, quam quod ab humana ratio-

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

ne comprehendendi possit. Qui in hoc  
seculo legitimus hæres fuerit diuitis  
cuiusdam ciuis, aut principis, aut eti-  
am regis, quā fælix iudicatur ab alijs  
tenuibus hominibus. Et tamen hære-  
ditas terræ euanida est, nec potest  
nos seruare in morte. Quantam igi-  
tur putas esse fœlicitatem, hæredem  
esse cœlestium & diuinorum bono-  
rum, ac cohæredē esse Christi: Quæ  
autem sit hæreditas diuinorum bo-  
norum, supra aliqua ex parte enu-  
meratum est. Porro, hæredes Dei su-  
mus, non ex nostris meritis, sed tan-  
tum propter Christum, fide accep-  
tum. Vnde, cum Paulus dixisset,  
**Quod si filius, & hæres Dei, addit,**  
**PER CHRISTVM.** Huius be-  
neficij usus est, tum in certamine co-  
scientiae, tum in instituenda uita no-  
stra. Nam si tentamur de morte &  
inferno, dicendum est, Nos esse hæ-  
redes bonorum Dei, quæ sunt uita  
& cœlum. Quare nihil ad nos mors  
&

& infernus. Deinde, si sumus hæredes Dei, profecto talis etiam uita agenda est in hoc seculo, qualis dicit hæredem Dei. Hæres principis agit uitam principi conuenientem. Hæres nobilis cuiusdam Comitis, agit uitam conuenientem nobili. Sic & nobis faciendum est. Cùm simus hæredes cœlestium bonorum, debemus etiam agere uitam cœlo conuenientem. Qui peccat, agit uitam conuenientem inferno. Non igitur peccandum, sed bene agendum est. Hæreditas cœlestis non appetit quidem in nobis uiuetibus adhuc inter varias afflictiones huius seculi. Vide mur magis esse hæredes mortis, quam uitæ. Sed accidit nobis, quod cuipiam, cui peregrino contingit hæreditas regni transmarini. Hic uagatur inter alienos, laceris pannis oblitus, & cœlat suam tum nobilitatem, cum hæreditatē, ne captiuitate intercipiat. Putas ne, q̄ is doleat propter

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

Iaceros suos pannos: Minime omnium, sed libenter eos gestat dummodo in eis lateat, ac uaria suffert pericula, donec per mare, ad accipiendā regni sui hæreditatem nauiget: sic & nos habemus hæreditatem regni cœlestis ultra mare huius seculi, interim autē uagamur in hoc seculo uarijs aduersis circundati. Hæc autem est consolatio nostra, quod de hæreditate certi sumus, nec afflictiones reddunt nos tristes, propterea quod sub his tutiores sumus ad accipiendā hæreditatem. Hæc omnia, ab eo loco, Fratres, secundum hominem dico, Hominis licet Testamētum, etc. usq; ad hunc locum, eò spectat, quod Paulus significet iusticiam, quæ est pars cœlestis hæreditatis, nō contingere nobis propter merita operum legis, sed tātum propter Iesum Christum, per fidem. Hic est principalis status huius Epistolæ.

Sed

EXPLICAT. IOAN. BREN.

193

SED TVM QVIDEM CVM  
IGNORARETIS DEVU.)

Paulus commemorauit hacte-  
nus multa argumēta, quibus proba-  
uit, hominē reputari iustum coram  
Deo, non propter merita operum le-  
gis, sed tantū propter Christum, per  
fidem, & Christum liberasse omnes  
in ipsum credentes à lege. Addet au-  
tem Paulus adhuc unam allegoriam  
de duobus filijs Abrahæ, qua idem  
demōstrabit. Sed priusquam allego-  
riam recitet, ponit Obiurgationem,  
qua pro autoritate sua reprehendit  
Galatas leuitatis & inconstantiae, si-  
c ut & initio huius Epistolæ : Miror  
quòd tam cito transferimini. Dicit e-  
nim hoc loco, Sed tum quidem, cum  
ignorabatis Deum, hoc est: Quæ ha-  
ctenus scripsi literis, ea uobis coram  
præsens pluribus explicui, et illustra-  
ui, ac perspicue docui, nullum homi-  
nem iustificari ex operibus Legis,  
Quam etiam doctrinam suscepistis

b

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

magna animi alacritate & promptitudine . Quæ ergo est illa leuitas & inconstantia, quod sinitis uos tam cito abduci à uera doctrina, ueraç religione ? Non fuit quidem mirum, quod cum adhuc eratis Ethnici & idolatræ, ac ignorabatis uoluntatem Dei per Christum, facile abducti fueritis ad quorumuis ficticiorum deorum cultum, ac nunc colueritis Martem, nunc Saturnum , nunc Iouem, nunc Venerē, nunc alios deos . Postquam autem cognouistis uoluntatem Dei per Christū, et didicistis uerum Christi Euangelion, non possum non mirari, quod tā cito à uera doctrina deficiatis , ac pro uero spirituali cultu Dei , suscipiatis iterum cultus illos pueriles, & per Euangelion abrogatos . Habet sententiam increpationis Pauli : Nunc persequemur particulas . Primum, Videmus in Galatis, quod facile homines deficiāt à uera pietate ad impietatē, si ablata fuerit uera Euangelij

EXPLICAT. IOAN. BREN. 194

angeli doctrina. Paulus non diu abfuerat à Galatis , & Pseudoapostoli nō diu cōcionati erāt apud Galatas, & tamen Galate cōsiderāt acceperūt impiam doctrinā , quām antea piā. Admonemur igitur exemplo Galatum, ut ueram doctrinam Euangelij magna diligentia accipiamus , & danda est opera , ut eam gratitudine nostra conseruemus. Etenim, cūm si mus in peccatis nati , natura omnes proni sumus ad impietatem , & ad se cōtanda merita nostrorum operum. Vulgo dicitur, facile inuenias cantū, quo excites eum, qui sua sponte pronus est ad ducendam choream . Sic etiam cūm nostra natura inclinatis sumus ad impietatem hypocriticam, facile mouemur, ut præbeamus aures impiæ doctrinæ de meritis bonorum operum . Nam quemadmodum terra , quæ propter peccatum maledicta est , multo feracius fert spinas & tribulos, etiam sine cultura, quām tri-

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL

ticum magna & diligēti cultura. Arborē quoq̄ agrestes, à nullo culta, fertiliores sunt arboribus domesticis, propterea quòd terra sit agrestis um arborum mater, domesticarum uero nouerca: sic & terra carnis nostræ multo capacior est impiè doctrinæ quam pie, quia natura sumus impij. Quare, cùm clementia Dei contigit nobis uera Euangeliј doctrina, conseruanda est magna diligētia, ne ab ea ad impiam transferamur. Deinde mirum fortassis alicui uidebitur, quòd Paulus hoc loco ait, Gentes ignorasse Deum, cùm tamen ad Rom. scribens, dicat Gentes cognovisse Deum: Quod de Deo cognoscere potest, inquit, manifestum est in illis. Sed facilis est responsio, si uarietate cognitionis Dei obseruauerimus. Duplex enim est cognitio Dei. Alia est cognitio Dei, qualem lex prædicat, uidelicet, quòd sit Deus, quòd sit iustus iudex, quòd retribuat malis ma-

la, & bonis bona. Talem cognitionē de Deo, etiam Gentes aliquo modo habuerūt. Nulla enim fuit gens, quæ non sciret habendum esse Deum, etiam si ignorauerit qualē habere debeat. De hac cognitione loquit Paus ad Romanos, & dicit, Invisibilia Dei cognita esse per uisibiles creaturas. Hęc Dei cognitio necessaria quidem est, sed non sufficit ad salutem, quia cum natura simus peccatores, nihil aliud ex hac cognitione reportamus, quam damnationem. Scimus enim Deum esse iustum iudicem: Vnde & ex hac sola Dei cognitione orta est in mundo omnis idolatria inter gentes & Iudeos, Et est adhuc autor omnis idolatriæ & impietatis inter hypocritas, Turcas, & alias nationes. Nam cùm cognoscunt Deum esse iustum iudicem, & agnoscunt sua peccata, tunc querunt uarios cultus, quibus Deum placent, & iram cius mitigent. Ethnicus instituit cul-

IN CAP. IIII EPIST. AD GAL.

tum Martis, Saturni, aut Iouis, quo  
sperat se placaturum Deum. Iudeus  
accipit sacra Leuitica, & facit ea hoc  
animo, ut recōciliet sibi Deum. Tur-  
ca arripit cultus à Mahumete præ-  
scriptos, & sperat se íram Dei horū  
merito euasurum. Hypocrita Chri-  
stianus instituit monachatum, ut me-  
rito operum eius consequatur fau-  
rem Dei. Itaq; uides ex hac cognitio-  
ne Dei, ortam esse omnem idolatri-  
am inter omnes gentes: deinde ui-  
des omnium gentium & hypocrita-  
rum nō credentium in Christum, sed  
promittētium sibi placatum Deum  
propter merita operum suorum, pla-  
ne eandem esse impietatem, etiamsi  
opera sint diuersa. Quare mirū est, q;  
Papistæ contendant cum Turcis &  
Iudæis de religione, cùm tamen ha-  
beant eandem religionem. Alia est  
cognitio Dei, qualē Euangelion præ-  
dicat, uidelicet, q; Deus sit clemens  
pater, per Iesum Christum, quódq;  
remit,

EXPLICAT. IOAN. BREN. 196

remittat credētibus in Christum pec-  
cata sua, & reputet credentes iustos  
nō propter merita suorum operuin,  
sed tantum propter Christum per fi-  
dem. Hęc sola uera est cognitio Dei,  
quae non est nobis natura nota, sed  
discitur per Euangelion, autore spiri-  
tu sancto, Ioannis. i. Deum nemo ui-  
dit unquam, filius unigenitus qui est  
in sinu patris, ipse enarrauit: hoc est,  
Nemo potuit natura sua cognosce-  
re, quod Deus sit nobis propicius,  
sed Christus per Euāgelion suum re-  
uelauit nobis uolūtatem Dei, uideli-  
cet, q̄ Deus uelit nos seruare prop-  
ter ipsum, etc. De hac cognitiōe Dei  
loquitur Paulus, cùm de Galatis ait, Ig-  
norabatis Deū. Galate. n. priusq; audi-  
uissēt Euangelion, cognouerunt qui  
dem Deum legaliter, ut supra dictū  
est, sed nō cognouerunt eum Euāge-  
lice, hoc est, non cognouerunt clemē-  
teim uoluntatē eius propter Christū.  
Præterea, q; Paulus ait: Nunc autem

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

posteaquam cognouistis Deū, quin  
potius cogniti estis à Deo , Corre-  
ctio est,qua Paulus significat cogni-  
tionem Euangelicam Dei conting-  
re nobis non nostris meritis, sed me-  
ra gratia & clementia Dei.Cognoui-  
stis , inquit, Deum, uidelicet , per E-  
uangelion, sed ne existimetis uos ue-  
stra prudentia aut iusticia hanc cog-  
nitionem consecutos, corrigam me,  
ipsum,& dicam rectius, Vos potius  
cognitos esse à Deo , & ex sola gra-  
tia Dei consecutos esse ueram Del-  
cognitionem. Ad Titum.ij. Eramus  
quondam & nos stulti, inobedientes,  
errantes,seruientes desyderijs, ac uo-  
luptatibus uarijs , in malicia & inui-  
dia degentes , odiosi , inuicem odio  
prosequentes. Postquam autem bo-  
nitas apparuit seruatoris, &c. Hoc  
debet nos monere , primum , ne ab-  
utamur nostra cognitione ad arro-  
gantiam & fastum aduersus proxi-  
mū adhuc errantem , sed utamur ea

**EXPLICAT. IOAN. BREN.** 199

ad ædificationem , ut pro ipso ore-  
mus & eibenefaciamus, quo & ipse  
ad ueram cognitionem Dei inuite-  
tur. Deinde, quia contigit nobis gra-  
tis, nullo nostro merito , danda est o-  
pera, ne ingratitudine amittamus.  
sed obedientia conseruemus eam.

**QVOMODO CONVERTIMINI  
DENVO AD INFIRMA  
ET EGENA, &c.**

Diximus antea de cognitiōe Dei,  
legali uidelicet ac Euangelica . Qua-  
re ut intelligamus, quām absurdē fe-  
cerint Galatæ , quōd cūm consecuti  
sint cognitionem Euangelicam , re-  
deant ad iusticiam elementorum, ui-  
debimus , quid efficiat cognitio Dei  
Euangelica . Nam in hac cognitione  
agnoscitur Deus ; ut pater, ut serua-  
tor, propter Iesum Christum . Et De-  
us uicissim agnoscit credenteim, ut fi-  
lium, ut iustum, ut hæredem omniū  
suorum cœlestium honorū, propter

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

Christum. Itaque credes in Christum,  
habet perfectam iusticiam & salutem,  
quia habet Christum. Hæc est uita  
æterna , inquit Ioannes , ut cognos-  
cant te solum Deum uerum, & que-  
misisti Iesum Christum. Quare cog-  
nitio Dei Euangelica , affert ueram  
& perpetuam iusticiam ac salutem.  
Nunc uide mihi quid Galatae fecerint.  
Postquam cognouerunt Deum per  
Christum, & acceperunt hac cogni-  
tione , perfectam iusticiam in Christo,  
relapsi sunt postea ad obseruationes  
legales dierum festorum, & sperauie-  
runt se propter has consecuturas iu-  
sticiæ. Dies, inquit, obseruatis & men-  
ses. Quid igitur absurdius dici aut fie-  
ri potest, quam habere perfectam iu-  
sticiam, & tamen abiecta illa sectari  
iusticiam imperfectam, puerilem &  
elementalem. Hic initio obseruandū  
est, q̄ in lege fuerunt instituti uarij di-  
es festi, et temporum obseruationes.  
Fuit enim Sabbatum. Fuit Neome-  
nia

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 193

nia, fuit Pascha, fuit Pentecoste, fuit  
annus Iubilæus, & id genus alia, quæ  
suo tempore durante adhuc rep. Is-  
raëlitica, fuerunt obseruatu utilia, ac  
habuerunt sua præcepta in lege Do-  
mini. Deinde consyderandum est, quod  
obseruationes horum festorum non  
fuerunt diuinitus institutæ, ut essent  
perfecta iusticia, sed tantum ut esset  
elemēta, quemadmodum Paulus uo-  
cat, iusticie. Hic mundus habet sua e-  
lementa. Vnaquævis ars habet sua  
elementa. Grāmatica habet Alpha-  
betum. Geometria habet quasdam  
demonstraciones pueriles. Hæc ele-  
menta, et si cognitu necessaria sunt,  
tamen non sunt perfectum artificiū.  
Sicut & elementa mundi nō sunt to-  
tum compositum, sed tantum ea, ex  
quibus reliqua componuntur. Sic et  
iusticia habet sua elementa, habet su-  
um alphabetum. Hæc autem elemen-  
taris & alphabetaria iusticia habuit  
locum suū in lege Mosi. Perfecta au-

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

tem iusticia ea est, quæ habet in Christo per fidem . Cognito igitur Christo per fidem , relabi ad consequendam iusticiam in obseruationibus festorum legalium, quid aliud est, quam si quis, cum esset doctissimus professor ac magister artium , relaberetur ad discendum alphabetum: quis hanc stulticiam non admiraretur ? Multo certe absurdius facit, qui cum consecutus sit perfectam iusticiam in Christo per fidem, redeat ad dies festos Iudeorum, ut propter ipsorum obseruationem iusticiam consequatur. Quid ergo dicemus de nostris diebus festis, quos & nos obseruamus? An non haec sunt pueriles obseruationes? certe non sunt nisi puerilia eleminta. Nam qui ea obseruat, nondum est uere iustus , sed tantum habetur honestus & tranquillus ciuis , quia obseruatur, ut Ecclesia sciat certum tempus , quo sit conueniendum, & ut quæ sunt nobis ad salutem necessaria,

faria, ordine discantur . Si enim omnes probe essemus erudití in religione, aut quotidie cōueniremus ad audiendam doctrinam pietatis, non indigeremus ordinatione dierum festorum. Magna autem impietas est, affingere his puerilibus obseruationibus meritum iusticiæ coram Deo. quemadmodum superstítio hypocritica docuit. Quare ne erremus, dies nostri festi habendi sunt pro elementis, sed infirmioribus , quām ut queant suo merito iusticiam conferre. Sed quid sentiendum est de reliquis in lege mandatis ? In lege enim mandatur, ut uiduæ benefacias, & pupillo, ut misericordiam præstes pauperi, & ut reliqua opera pietatis facias. Num & hæc opera sunt elementa ? Profecto non minus sunt elementa, quām obseruationes festorum . Ac Paulus etiam de his operibus loquitur, quia et si semper facienda sunt, tamen, quia nō sunt perfecta, non pos-

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

sunt pro uera & perfecta iustici  
Deo obtrudi. Itaque sunt & ipsa ele  
menta infirmiora & egentiora, q̄ ut  
iustificēt hominem. Hic uide mihi, q̄  
ridiculi, ut non dicam, quām impī,  
sint hypocritæ, qui obtrudunt Deo  
sua infirma opera, pro firma & uera  
iusticia. Nam perinde faciunt, ac si  
puer quispiam sciens tantum alpha  
betum, uellet haberi pro summo do  
ctore, & professore artium: In pue  
ro esset hoc ridendum. In adulto aut̄  
etiam reprehensione cōpescendum,  
quia nihil esset magis stultum ac infa  
num. Multo magis ridendum &  
damnandum est in hypocritis, quod  
sentiant sua opera esse perfectam  
iusticiam.

METVO DE VOBIS NE  
FRVSTRA.)

Paulus reprehendit supra seueris  
sime Galatas, Vocauit eos Stultos,  
Fascinatos, abnegatores Christi, dé  
fectores ab Euangelio Christi, quā  
certe

Certe uidentur esse contumeliosissima conuicia. Quare Paulus excusat nunc se, & mitigat reprehensionem suam, ac docet, quod quae dixerit, non dixerit hostili, sed candido animo, ac reprehensionem suam esse significationem amoris, & non inimicitiae. Me tuο, inquietο, de uobis, hoc est: Quod grauiter inuestus sum in uos, uestra causa feci, non mea causa. Vestrum damnum mouit me, ut tanta severitate uos reprehenderim. Si enim pergitis sectari conciones Pseudoapostolorum, tunc frustra uobis prædicatur est Euangelion. Hic est metus meus, ne Euangelion Christi sit in uobis uanum. Itaque quod obiurgauit uos, candido animo feci. Estote, ut ego sum, quandoquidem & ego sum ut uos: hoc est, Peto, ut talia animo erga me affecti sitis, qualiter ego erga uos affectus sum. Ego certe complector uos animo candidissimo, etiam si uerba mea duriter sonant, Peto igitur ut

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

uicissim me candide complectamini,  
& ut uerba mea nō iuxta sonum, sed  
iuxta animum dicentis interpretemi  
ni. Nihil me lēsistis, sed maxima bene  
ficia in me contulisti. Non reieciisti  
me, etiam si uenerā ad uos abiectus,  
& ab omnibus contemptus. Prædi  
caui per infirmitatem carnis, hoc est,  
in multis afflictionibus et persecutio  
nibus, tam Iudæorum quam gentium  
apud uos, & tamen non estis me au  
spernati. Suscepisti me uelut ange  
lum Dei, imo uelut Christū ipsum, a  
deo quod sic dilexisti me, ut si fieri po  
tuisset, oculos uestrros effosso de  
dissetis mihi. Quare quod tam seueriter  
uos reprehendi, nō eo feci, quod me  
lēsistis, sed potius, quod uos ipso lē  
sistis, & conieciisti uos in maxima  
quæque pericula. Quanto igitur ma  
iora beneficia à uobis accepi, & quā  
to magis me amastis, tanto magis sol  
licitus sum de uestra salute. Itaque uer  
ba mea increpatoria, sunt uerba solli  
citi

citi amoris, non sunt uerba superbi  
insultoris & conuiciatoris. Hic pri-  
mum dicendum est, quomodo sint  
accienda & intelligenda publicæ  
reprehensiones & uerba increpatio-  
ria Ecclesiastarum. Sunt enim multi  
morosi homines, qui cùm audiūt Ec-  
clesiastas reprehendere uitia, & in-  
crepare uiciosos, rapiunt ea in pessi-  
mam partem, & interpretantur pro  
uirulentis conuicijs. Isti concionato-  
res, inquiunt, nihil aliud sciunt, quam  
contumeliosi esse in homines, & con-  
uicia in eos proīcere. Etsi autem fie-  
ri solet, quod nonnulli cōcionatores  
aliquoties priuatis affectibus obse-  
quantur, & priuatas iniurias uirulē-  
ter exprobrent, Horum amarulen-  
tia non est defendenda: attamen, cùm  
publica uitia reprehenduntur legitī-  
mè, iuxta seueritatem diuini uerbi, cer-  
te id non est dicendum conuicium,  
sed officium. Vocatio enim Ecclesia-  
tarum seu ministrorum Ecclesiae est,

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

ut reuelent peccata, quo agnoscant.  
Ad pœnitentiam enim pertinet agnoscitio peccatorum. Non agnoscuntur autem, nisi reuelentur. Reuelantur autem partim expositione diuinæ legis, partim increpatione & reprehensione. Ezechiel. xxxiiij. Si dicente me ad impium morte morieris, &c. Age uero, quid tu de hoc speculatore sentires, qui uideret aduenientes hostes, & non pulsaret Campanam, quam ita uocat, publici tumultus: aut quid de illo uicino sentiendum esset, qui cum uideret domum ciuiis sui, ignardere, & non uociferaretur, Ad ignem. Certè dignus ille esset, qui à ciuibus discerpere, hic autē dignus esset, ut in ignem coniiceretur. Magnus quidem tumultus excitat ex pulsu publicæ campanæ, & ex clamore, Ad ignem, Necessitas autē hoc exigit. At multo maius periculum imminent, cum homines peccant: Tunc enim uenit crudelis hostis Satan, & adducit se

CUM

Sturm-  
glocken.

Feuerio.

cum multas legiones Diabolorum.  
Tunc etiam incipit peccator ardere  
igni infernali. Maxima igitur & sum-  
ma necessitas exigit, ut concionator  
clamet, Ad ignem, & pulset Cam-  
panam tumultus, hoc est, ut seue-  
rissime increpet peccatorem, quo  
agnitis peccatis, resipiscat. De pa-  
rente dicit Salomon, Proverb. xiiij.  
Qui parcit uirgæ, odit filium suum,  
qui autem diligit illum, instanter eru-  
dit. Hoc idem de parente spirituali in-  
telligendum est, quod legitimæ eius  
increpationes non sint argumenta  
odij aut inuidiae, sed amoris, & solli-  
citudinis, de uera Ecclesiæ salute.  
Quare increpatoria uerba in publi-  
cis concionibus non sunt pro conui-  
cio, sed pro officio interpretanda.  
Deinde, quod Paulus dicit, Galatas  
non fuisse offensos infirmitate car-  
nis suæ, hoc est, abiecta, & omni-  
bus contempta ac inuisa persona e-  
ius, maxima est Galatarum laus. Et

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

Scriptū est in nostri doctrinam, ne &  
nos offendamur humilitate & abie-  
ctione Christianismi. In Euangelio e-  
nīm prædicatur de magna maiestate  
regni Christi, de magna fœlicitate, et  
tamen uidemus omnia esse abiecta  
& humilia. Christus ipse est crucifi-  
xus. Apostoli fuerunt miserrimi in  
hoc seculo homines. Euangelion scri-  
ptum est stylo non admodum elegā-  
ti. Concionatores Euāgelij nec sunt  
principes nec reges. Persecutores  
autē & aduersarij sunt homines po-  
tentest & clari. Accedunt uarie affli-  
ctiones, quæ accidunt his, qui sectan-  
tur Euāgelion. Accedunt etiam pec-  
cata quædam. Breuiter, omnia sunt  
abiecta, infirma, & contempta. Qua-  
re imperiti homines facile offendun-  
tur. At Christus ait: Beatus est, qui  
non offenditur in me. Et si enim nec  
Christus nec Euangelion habent ma-  
gnam speciem in hoc seculo, tamē co-  
rā Deo nihil est maius, præclarius, &  
specio-

speciosius. Primum enim, Euangeliō summa est certitudo, maximis miraculis & argumentis confirmata. Deinde Deus non ordinavit hoc præsens seculum, in quo elucescat uera Christi & regni eius maiestas, sed ordinavit futurum seculum. Hic enim mundus peribit. Cœlum & terra trāsibunt. Ecce ego, inquit, creo cœlos nouos, & terrā nouam. Quare quamcunq; speciem habeat in hoc seculo Christus cum regno suo, tamen nihil certius est, quām quod uera eius maiestas, suo tempore reuelabitur, ideoq; nemo offendi debet præsenti eius abiectione & humilitate. Præterea, cùm Paulus ait, Galatas suscepisse ipsum uelut angelū Dei, uelut Christum, etsi docet hīc, quomodo Ecclesiæ Christi debeat suscipere & tractare suos Ecclesiastas & pastores, qui synceriter & diligenter adnunciant Euangelion Christi, & commendant doctrinam honestam.

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

te uitæ suæ, tamen ne quis existimet  
nos nostra querere, & nosipsoſ com-  
mendare, diſcēmus ex hoc loco ma-  
gis quomodo Ecclesia debeat Euau-  
gelion ipsum fuscipere, quam quo-  
modo debeat Euangelij prædicatori-  
rem tractare. Necessarium quidem  
alicubi eſſet, ut imperitis rusticis ex-  
plicaretur, quid deberet pastoribus  
ſuis. Sunt enim qui ſuos pastores tan-  
to contemptu tractant, ut ducant ut-  
iores uespillonibus, ac tantum ab-  
eſt, ut darent ipliſ erutos oculos ſu-  
os, ut potius, ſi liceret, eruerent ipliſ  
pastoribus oculos. Fateor, ſunt mul-  
ti impij & inhonesti pastores, qui di-  
gniores eſſent porcis præfici, quam  
Ecclesiæ Christi. Sed etiam pij ac ho-  
nesti inciuilissime & ingratissime tra-  
ctantur. De his autem non eſt nunc  
dicēdi locus. Sed uideamus, quomo-  
do Euangelion ipsum ſit fuscipi-  
dum. Primum enim ueluti debet, no-  
ueluti humana uox, ſed ueluti vox  
angeli,

angeli, imò ueluti uox ipsius Christi.  
 Qui uos audit, me audit. Deinde sus-  
 cipi debet tanta animi gratitudine et  
 constantia, ut potius sinamus nobis  
 eruere oculos nostros, quibus homi-  
 ni nihil est carius, imò sinamus poti-  
 us nobis extorquere uitam nostrā,  
 quam ut abiçiamus & negemus Eu-  
 angelion Christi, quia Euangelion  
 est clavis regni cœlorum. Hac clave  
 aperitur nobis cœlum. Abiecta igi-  
 tur & amissa hac clave, non patet  
 amplius ianua regni cœlestis. Quare  
 omnia potius nostra, quam Euange-  
 lion Christi amittamus.

IGITVR INIMICVS FACTVS  
 SVM VOBIS VERA  
 LOQVENS.)

Exposuit Paulus antea cädorem  
 animi sui erga Galatas, & ostendit  
 quibusdam argumentis, se nul-  
 lo planè hostili animo in ipsos inue-  
 ctum esse, sed dura uerba eius pro-

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

ficiisci è summo amore. Nunc idem  
quocq; significat: Num inimicus, in-  
quiens, uobis factus sum, propterea  
quòd ueritatem loquor: Ideo ne iudi-  
cabitis me hostili esse animo erga  
uos, quòd ueritatem simpliciter con-  
fiteor: imo si mendacia dicerem, &  
uobis blandirer in uestro errore, tūc  
essem uere hostis uester. Hoc loco,  
obseruandum nobis erit, quòd homi-  
nes eo ferè ingenio prædicti sunt, ut  
existiment uera nobis dicentem, ini-  
mico in nos animo esse. Itaq; & nos  
uicissim inuehimur in eū hostiliter.  
Veritas, inquit Ethnicus, odium pa-  
rit. Ac solēt quidem inimici & obtre-  
ctatores nonnunquam ex odio ex-  
probrare nobis ea uitia, quæ uerè no-  
bis inhærent. Sed aliud est exprobra-  
re alicui uera eius uitia legitimè, ali-  
ud exprobrare illegitimè. Inuidie-  
nim & obrectatores, et si ueritatem  
loquuntur de proximo, ac uerum est  
crimen, quod obiectant, tamen gra-  
uiter

viter peccant, qui ueritatem sic illegi-  
timè, & sine uocatione ordinaria di-  
cunt. Lex enim naturalis est, Diliges  
proximum tuum sicut te ipsum. Et,  
Quod tibi non uis fieri, alteri ne fece-  
ris. Qui uero sibi cōscius est alicuius  
criminis, optat, ut cæletur crimen, et  
non diuulgetur in omnibus tonstri-  
nis. Quare debet & ipse hāc dilectio-  
nem proximo p̄estare, ut non diuul-  
get crimen eius in omnibus plateis.  
Præterea, Paulus ad Rom. xv. ait.  
Vnusquisq; uestrum placeat proxi-  
mo in bonum ad ædificationem. Di-  
uulgare autem alicuius crima, etiā  
uera, neminem ædificat. Nec enim  
ædificat auditores, sed potius iniicit  
eis māla susptiones, nec ædificat re-  
um criminis, quia non audit, & quā-  
uis audiret, tamen quia obiicitur ei  
contumeliose, irritatur potius quam  
ædificatur. Quare obtrectator pec-  
cat contra caritatem. Fingamus Ra-  
ptorē ambulare in foro liberē, num

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

līcebit mihi homini, cui non est man-  
data functio administrādi gladij, ui-  
tentas manus in raptorem iniçere,  
& ipsum iugulare : Nihil certe mi-  
nus. Etsi enim manifestum est ipsum  
esse publicum raptorem, & debetur  
ei poena mortis, tamen quia mihi nō  
est commendata administratio gla-  
dij, nihil ad me. Sic etiam dicendum  
erit de obtrectatoribus, qui cùm  
non sint uocati, ut hominibus sua ui-  
tia exprobrent, certe grauiter pec-  
cant suis obtrectationibus, etiam si  
vera sint crimina, quę de proximo di-  
uulgant. Quare quem audimus alte-  
ri illegitimè obtrectantem, cum lice-  
bit existimare hostili esse animo er-  
ga proximum suum, quia non ambu-  
lat secundum caritatem. Aliud au-  
tem est uitia legitimè exprobrare, id  
quod fieri solet, si ex ordinaria uoca-  
tiōe uitia pxiimi iudicamus. Sic pater  
exprobrat liberis suis peccata, sic ma-  
gistratus subditis, Sic ecclesiastes au-  
ditō

ditorib. Ecclesiæ sue, Sic frater fratri,  
& amicus amico. Hæc exprobratio  
nō est habēda pro inuidia, sed p sum-  
ma caritate. De hac dicit Salomon,  
Proverb. xxviij. Meliora sunt uulne-  
ra diligētis, q̄ fraudulēta oscula odiē-  
tis. Quare Paulus recte exigit à Gala-  
tis suis, ut interpretent̄ dura uerba  
sua, non pro inuidia, sed pro caritate.

AEMVLANTVR VOS NON  
BENE, SED EXCLVDERE.)

Hæc de Pseudoapostolis dicta  
sunt, quorum mentionem Paulus id  
circo nunc facit, ut significet, blanda  
uerba Pseudoapostolorū multò ma-  
gis nocere eis, quām uerba ipsius du-  
rissima. Pseudoapostoli, inquit, æmu-  
lantur uos, iactant se uehementissi-  
mo uestri amore teneri, simulant se  
salutem uestram ardentissime sitire,  
nec aliter uidentur erga uos affecti  
esse, quām zelotypus erga dilectissi-  
mam sibi uxorem. Non damno qui-  
dem æmulationem seu zelum, si fiat

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

legitimè pro re bona, quemadmodū  
& uos me æmulaſtis, ſeu zelo profe-  
cuti eſtis, cùm apud uos eram. Debe-  
batis autem hunc zelum conſeruaſ-  
ſe, non tantum erga me præſentem,  
ſed etiam abſentem. Pseudoapostoli  
uero proſequuntur uos zelo non ad  
bonum, ſed ad malum, quia uolunt  
uos abducere à uera doctrina Euau-  
geliij, ad impiam iſorum doctrinā.  
Hic zelus eſt reprehendendus. Qua-  
re etſi blandiſſime uos alloquuntur,  
& uidentur uos magno amore pro-  
ſequi, tamen quia cupiunt uos trahie-  
re ad impietatem, multo magis pro-  
ſunt uobis mea duriſſima uerba, q̄  
iſorum dulciſſimæ blanditiæ. Hoc  
loco monemur, ut non iudicemus de  
doctrina iuxta blādicias uerborum,  
ſed iuxta ueritatem diuinitus confir-  
matam. In Deut. xiiij. Si ſurrexerit, in-  
quit, in medio tuī Prophetes, ac dixe-  
rit, eamus et ſequamur deos alienos,  
non audies uerba Prophetæ illius.  
Item,

Item, si uoluerit tibi persuadere frater tuus, filius matris tue, aut amicus quem diligis. Et Paulus. ij. Cor. xi. Isti usmodi Pseudoapostoli operarij do-  
loſi ſunt, ſumpta persona Apostolo-  
rum Christi. Atq; haud mirum, quā-  
doquidem ipſe Satanas transfigurat  
ſe in angelum lucis. Sic & hoc tēpo-  
re Romanus Pontifex iactat magnū  
zelum pro Ecclesia Christi, ex quo  
etiam gloriatur ſe cotuocare Concilium,  
ut reformet Eccleſiam. Vide  
Bullam eius, qua indicit Concilium  
ad urbem Tridentinam. Christus au-  
tem dicit, Veniunt ad uos in uestimē-  
tis ouium, intus uero ſunt lupi rapa-  
ces. Sed quomodo, inquis, agnoscā-  
lupos? Lupi ſunt, quotquot conātur  
ab Ecclesia auferre doctrinam Apo-  
ſtolicam, de remiſſione peccatorum,  
quae nobis propter ſolum Christum  
contingit per fidem. Hæc doctrina  
eft confirmata per Apostolos, & mi-  
racula eorum. Agnoscimus igitur lu-

IN CAP. IIII. EPIST. AD GALI-  
POS, si obseruauerimus qui sunt illi,  
qui conantur nobis hanc doctrinam  
abolere, & suam impiam doctrinam  
atq; autoritatem statuere.

FILIO LI MEI, QVOS ITE-  
RVM PARTV RIO.)

Possem, inquit, plura de hac rescri-  
bere, sed mallem præsens apud uos  
dilectissimos meos filiolos esse, &  
coram colloqui, quam literis manda-  
re. Confundor, consiliū inops sum,  
nescio quid primū aut postremum  
scribam, usque adeo turbor errore  
uestro. Quod si autem præsens es-  
sem, & coram colloquerer, fortas-  
sis uia uoce plus efficierem, quam  
per literas. Hæc sunt uerba plena a  
postolicæ & paternæ sollicitudinis,  
In quibus hoc præcipue adnotan-  
dum est, quod dicit se iterum partu-  
rire Galatas, donec formetur in ip-  
sis Christus. Perspicue enim signifi-  
cat, quale sit organon illud, quo  
Chri-

**EXPLICAT. IOAN. BRENT.** 102

Christianī regenerentur in Christo,  
& quo Christus formetur, seu pin-  
gatur in nobis. Nemo enim recipi-  
tur in cœlum, nisi sit factus mem-  
brum Christi, per regenerationem,  
& nisi sit depictus ac formatus figu-  
ra seu controfactura Christi. Opor-  
tet enim nos imaginem Christi no-  
biscum afferre. Qui ergo sunt paren-  
tes, qui nos regenerant: Paulus in-  
quit, Quos parturio: Ergo ministri  
Ecclesiæ sunt spirituales parentes  
ministerio suo. Quod est organon,  
per quod regenerant: Euangelion  
Christi, cum sacramentis suis. Qui  
sunt pictores imaginis Christi Pau-  
lus, & Ecclesiastē. Quo penicillo pin-  
gunt: prædicatione Euangeliū Chri-  
sti. Sectemur igitur diligenter con-  
cionem Euangeliū, ut Christus sub-  
inde magis & magis in nobis for-  
metur.

**DICITE MIHI, QVI SVB LE-**  
**GE YULTIS ESSE,**

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

Paulus tractauit hactenus copiose eam causam , quam explicandam suscepit, ac docuit multis & firmis argumentis , quod reputemur iusti coram Deo non propter merita operum legis, sed tantum propter Christum per fidem. Potuisse igitur nunc addere Epilogum disputationis sue, & Epistolam concludere , sed priusquam recitet epilogum , addit typū, quem allegoriam uocat , sumptum ex coniugio & liberis Abrahæ , quo typo non probat quidē causam, quæ antè satis probata & confirmata est, sed ornat & illustrat eam, quo diligenter memoriae inhæreat , & iucundius excipiatur . Utitur autem libet exemplo Abrahæ : Nam Abraham propositus est à Deo ipso, in patrem multarum gentium, in hoc uidelicet ordinatus, ut non solum id semen, in quo benedicendæ essent omnes gentes, nasceretur è posteritate sua , sed etiam ut esset exemplar totius orbis terrarum,

terratum, quo consequemur coram Deo iusticiam. Et habet etiam hoc tempore Abraham suam autoritatem inter omnes gentes, ac religiones, quæ quidem nunc gentium & religionum nomine censentur. Iudei habent Abramum pro sancto Patriarcha, Turcæ habent Abramum pro sancto Patriarcha, Christiani similiter habent Abramum pro sancto Patriarcha. Vides Abramii gloriam inter omnes populos hoc tempore elucere. Cum igitur dicitur in libro ad Romanos. iiiij. ostendit, quod nulla alia sit ratio iustificandi, quam spiritus sanctus proposuit in Abraham, & qua Abraham ipse iustificatus est; Credidit, inquit scriptura, Abraham Deo, & reputatum est ei in iusticiam. Et addit Paulus: Hoc scriptum est, non tantum propter Abramum, sed etiam propter nos. Nunc

IN CAP. IIII EPIS. AD GAL.

autem hoc loco ostendit idem ex cō*iugio et liberis Abrahe*; Docet enim,  
quod simus liberi à lege, ideoq; non  
iustificemur propter merita operū  
legis, sed tantum propter Christum  
per fidem. Dicite, inquit, qui uul-  
tis esse sub iegē, &c. Paulus scripsit  
ad Ecclesiam Galatiae, quæ erat col-  
lecta tam è Iudæis quam è gentibus.  
Ailoquitur ergo nunc Iudæos, ac ei-  
am eos, qui ex gentibus uoluerunt  
suscipere iugum legis, Et uocat pri-  
mum librum Moysi, Legem, pro vul-  
garimodo, quo totum uetus Testa-  
mentum, seu omnes libri ueteris Te-  
stamenti dicūtur Lex. Abraham du-  
os habuit filios, unum ex ancilla, alte-  
rum ex libera. Hæc historia scripta  
est in Gen. cap. xvi. xvij. & xxij. Lice-  
ret autem nunc tractare historiam,  
secundum suos locos, de polygania  
Patriarcharum, de humilitate Saræ,  
qua cessit iuri suo, & dedit marito an-  
cillam in uxorem, & de alijs locis in  
hac

EXPLICAT. IOAN. BRENT. <sup>no</sup>

hac historia contentis, sed persequemur nunc duntaxat typum, quem Paulus tractandum suscepit. Abraham enim gerit typum Domini Dei nostri: Videamus igit in quo Abraham & Deus conueniant. Primum sicut Abraham habuit duos filios, Ismaelem, & Isaacum, alterum ex ancilla, alterum ex libera, (Et si enim habuit etiam alios quosdam filios, è Cethura, tamen hi duo præcipui fuerunt) Sic & Deus habet duo Testamenta, & duplē populum, Vnū, Legalem, Alterum Euangelicum. Et si enim multæ sunt gentes, & nationes in terra, tamē distinguuntur tantum in duplē cohortem corā Deo, iuxta distinctionem verbi eius, quod diuiditur in Legem & Euangēlion. Populus legalis dicuntur omnes isti, qui querunt iusticiam in meritis operum suorum, siue sint Iudæi, siue Turcæ, siue hypocritæ inter Christianos. Populus autem Euangelicus

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

sunt isti, qui tantum querunt iusticiam suam in Christo Iesu per fidem. Deinde, Abrahamo natus est filius Ismael ex Agar ancilla, nullo miraculo, nec ulla praecedente promissione Dei, sed naturali modo. Isaac autem natus est e Sara libera, magnis miraculis, quia tam Abraham quam Sara erat prouectioris etatis. Præterea a cessit promissio Dei: Dabo tibi filium ex Sara: Vxor tua pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Isaac. Sic & legalis seu iusticiarius populus, qui querit iusticiam suam in meritis ope rum, nascitur præcipue ex Decalogo, seu ex lege, cuius decalogus epitome est. Decalogus autem datus est in monte Sinai, qui Arabice dicitur Agar, iuxta nomen ancillæ Abrahæ, & pertingit usq; ad Hierusalem, uel quia montana Arabiæ pertingat usque ad Iudæam, in qua sita est Hierusalem, uel quia Israëlite profecti sunt à monte Sinai, ad Iudæam & Hierusalem.

salem. Cùm igitur mōs Sinai, in quo  
datus est decalogus, dicatur alio no-  
mine Agar, tunc Ismaēl natus ex A-  
gar, recte gerit typum eius populi,  
qui quærerit iusticiam suā in lege, quæ  
in monte Agar data est. Populus ue-  
rò Euangelicus, qui quærerit iusticiam  
suam tantum propter Christum per  
fidem, nascitur ex Euangelio, quod  
est longè antè promissum Patriar-  
chis, priusquam lex data est, quemad  
modum & Isaac promissus fuit prius  
quam nasceretur. Præterea, quia Is-  
maēl natus est ex ancilla, idcirco na-  
tus est seruus, uulgo enim dicit: Par-  
tus sequitur uentrem. Isaac autem,  
quia natus est ex libera, natus est &  
ipse liber, ac uerè h̄eres paternorum  
bonorū. Sic & populus legalis, qua-  
les sunt Iudæi, & omnes hypocritæ,  
ac iusti absque Christo, nascitur ser-  
uus, quia nascitur ex decalogo, qui fa-  
cit animum seruilem, cupiētem mul-  
ta mereri operibus suis, & tamen in-

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

terim metuentem Deum tanquam  
tyrannum. Populus autem Euange-  
licus, nascitur liber, quia nascitur ex  
Euangelio, quod affert libertatem,  
& adoptat credentem in filium Dei,  
ideoque in uerum hæredem diuinorum  
bonorum. Accedit huc, quod Agar  
ancilla statim facta est prægnas, in iu-  
uenili sua ætate, & filius eius Ismael  
ita adoleuit, ut uideretur præcipuus  
in tota terra heros. Sara autem diu-  
tissime fuit sterilis, & peperit uel tan-  
dem Isaacum, cum iam omnia uideren-  
tur desperata. Et tamen sterilis Saræ  
filius multo plus multiplicatus est, q[uod]  
fœcundæ ancillæ filius. Sic & popu-  
lus legalis uidetur esse præcipuus,  
populus autem Euangelicus, uide-  
tur esse paucissimus & abiectissi-  
mus. Et tamen Ecclesia populi Euan-  
gelici dilatata est in totum orbem ter-  
rae, iuxta uaticinium Esaiæ cap. liij.  
Lætare sterilis quæ non paris. Deinde  
de Ismael semper persecutus est Isa-  
acum,

acum, sic & populus legalis semper persequitur populum Euāgelicūm. Populus enim legalis uult esse uerus populus Dei, & uera Ecclesia, iudeoꝝ opprimere conatur populum Euāgelicūm, sicut etiam Cain op̄ pressit Abelem, & Esau persecutus est Iacobum. Postremo etsi Ismaēl tractabat se esse uerum hāredem Abrahāhami, tamen necesse habet tandem cum matre sua ē domo Abrahā ejici. Dicit enim scriptura, Ejce ancillam & filium eius. Solus autem Isaac inanet uerus hāres: sic & populus legalis (nisi fiat Euāgelicus) necesse habet tandem perire et damnari. Populus autem Euāgelicus manet in hāreditate cōcelestium bonorum. Quare demus operam, ut etsi non habemus magnam autoritatem in hoc seculo, inueniamur tamen in catalogo populi Euāgeli, quo fruaimur cōlesti hāreditate.

Perstrinximus summatim typum

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

Abrahæ & filiorum eius, quem Paulus hoc loco ad illustrandam libertatem, quam ex Euangeliō habemus, ob oculos posuit. Nunc percurremus præcipuas huius typi particulas. Hæc sunt duo, inquit, Testamenta. Sæpe fit mentio Testamentorum, quæ Deus in terris instituit. Hoc igitur loco docet Paulus, duo esse Testamenta Dei, Alterum Vetus, alterum Nouum. Idem docet etiā Hiere. cap. xxxi. Ecce dies uenient, dicit Dominus, & consummabo super domum Israël, & super domum Iuda Testamentum nouum, &c. similiter in Epistola Heb. cap. viii. ix. & x. Vetus igitur Testamentum propriè dicitur pactum illud, quod iniit Deus cum posteritate Patriarcharum, Abraham, Isaac & Jacob, uidelicet, quod uelit ipsis è tyranno de Aegyptiorum liberatis dare regnum & terram Canaan, & hoc regnum ornare suis sacrīs ac legibus. Præterea promisit, si obseruauerint sa-

cra

**EXPLICAT. IOAN. BREN.**

313

era et leges suas, se daturum ipsis fer  
tilitatem terræ, sanitatem corporis,  
longitudinem uitæ, uictoriam super  
hostes, & publicam tranquillitatem.  
Hoc proprie dicitur Vetus Testa-  
mentum, quod aliqua ex parte descri-  
bitur in Exod. cap. xix. & xxij. Si-  
militer Leuit. xxvi. & Deut. xxvij.  
Sed quia ubi est Testamentum, quæ  
admodum Apostolus ad Hebrez, scri-  
bit, necesse est, ut intercedat mors te-  
statoris. Testamentum enim in mor-  
tuis ratum est, quandoquidem non  
dum ualet, cum uiuit testator, idcir-  
co etiam uetus Testamentum dedi-  
catum & confirmatum, est morte &  
sanguine. In Exo. enim. cap. xxiiij. oc-  
ciduntur & mactantur uituli, quo-  
rum sanguinem sumpsit Moses, &  
postquam legiſſet uolumen legis,  
hoc est, literas Testamenti, respersit  
sanguinem in populum: Hic, inqui-  
ens, sanguis ē it foederis, quod pepe-  
git Dominus uobiscum. Hic iam cō-

d 5

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

Sydera mihi qui sit uerè populus ue-  
teris Testamenti. Non enim sentien-  
dum est quòd hi tantū censendi sunt,  
fuisse sub ueteri Testamēto, qui ege-  
runt uitam in politia Mosi ante aduē-  
tum Christi, nec hi tātum, qui adhuc  
Iegem Mosi agnoscant, dicendi sunt  
Iudæi . Sed primum omnes illi sunt  
populus ueteris Testamenti, & dici  
possunt Iudæi, qui hoc unum agunt,  
ut possideant seu regna, seu opes, di-  
gnitates, sanitatem, longitudinem ui-  
tae, & tranquillitatem huius seculi,  
Hos alias uocamus Epicureos. Dein  
de omnes illi sunt sub ueteri Testa-  
mento, & Iudæi, qui meritis honorū  
operum, quæ in lege Dei præcepta  
sunt, student consequi gratiam Dei.  
Hi enim , si multūm consequuntur  
meritis suis, consequuntur bona cor-  
poralia, & benedictionem externā.  
Bona autem spiritualia & æterna nō  
possunt cōsequi meriti s̄ suis, quia ea  
merita sunt imperfecta . Sed quid  
profuerit

profuerit, etiam si totum mundum lucrati fuerimus, interim uero iacturam animae faciamus: Necessarium igitur fuit nouum Testamentum. Et hoc ille est, quo Deus testatus est, sed datum per semen Abrahe, qui est Christus, omnem spiritualem benedictionem, uidelicet remissionem peccatorum, iusticiam, liberationem in morte, & aeternam felicitatem ac regnum coeleste. Et hoc Testamentum confirmatum est morte & sanguine Christi. Vnde in nouissima cena ait: Hic est calix noui Testamenti, in meo sanguine, qui pro uobis & pro multis effundit. Ea autem bona, quae in hoc Testamento hominibus legantur, sunt uera & aeterna bona, quae si contingerint, sufficientia sunt, etiam si quis non possit consequi externa ueteris Testamenti bona. Cæterum, non est sensendum, quod hinc tantum, qui post aduentum Christi dicuntur Christiani, sint populus noui Testamenti, sed

IN CAP. III. EPIST. AD GAL.

primum, omnes hi fuerunt sub novo Testamento, qui quondam crediderunt in Christum uenturum, & acceperunt in ipso remissionem peccatorum, a choco unum egerunt, ut consequerentur in Christo bona cœlestia, utcunq; res se haberet de externa huius seculi fœlicitate. Sic Abraham, sic Isaac, sic Jacob, sic omnes Prophetæ fuerunt populus noui Testamenti. Deinde hi sunt in nouo Testamento, qui faciunt quidem bona opera, non autem sentiunt ea esse iusticiam perfectam, sed credunt in Christum, quod propter ipsum tantum reputentur iusti coram Deo. Quare nec hypocritæ, nec Papistæ, nec aliqua gens, quæ confidit meritis operum suorum, sunt populus noui Testamenti, sed pertinent adhuc ad uectus Testamentum, quod cum sit abrogatum, necesse habent et ipsi perire.

Præterea Paulus in hoc typo facit duas urbes Hierusalem, quod simili-

ter

ter est diligēter obseruandum. Vna  
est externa urbs, in qua habitauerūt  
Iudæi, & habuerunt templum. Hæc  
urbs habuit suam dignitatem, suo tē  
pore. Et ciues, qui in ea habitauerūt,  
et si habuerunt quādam libertatem,  
tamen fuerunt subiecti mille casi-  
bus & generibus infelicitatū. Hæc  
seruit, inquit Paulus, cum filijs suis,  
hoc est, ciuibus. Fuit enim eo tempo-  
re, quo Paulus hæc scripsit, subiecta  
imperio Romanorum, & miserè af-  
flicta, ac paulo post tota deuastata.  
Alia est urbs cœlestis Hierusalem,  
non quidem in cœlo tantum, sed eti-  
am in hac terra. Hæc enim urbs dici-  
tur Ecclesia Christi in terris: Quæ  
urbs non in uno loco terræ consistit,  
nec est tantum ad urbem Romam  
translata, sed sparsa est in totum or-  
bem terræ. Vbicunq; enim prædica-  
tur Euangelion de Christo, & accipi-  
tur per fidem, ibi est particula huius  
cœlestis Hierusalem. Ciues autem

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL.

huius urb̄is semper sunt liberi. Quæ  
sursum est Hierusalem, inquit Pau-  
lus, libera est, quæ est mater omni-  
um nostrūm. Hoc est, Qui habitant  
in Ecclesia, & sunt membra Eccle-  
sie, hi semper sunt fœlices, & beati.  
Etiam si fractus illabatur orbis, ipsi  
tamen seruantur. De hac fœlicitate  
concionatur Esa. lxv. Non audiatur  
in ea ultra uox fletus et clamoris, sed  
gaudebitis & exultabitis usq; in semi-  
piternum. Quare non necesse habe-  
mus nunc profici sci ad externā Hie-  
rusalem, ut consequamur dignitatē  
militiæ, aut equitū, ut uocant, aura-  
torum, sed eō contendamus, ubi pre-  
dicatur Euangelion Christi, ut ex fi-  
de iustificati, milites Christi efficia-  
mur, & consequamur uictoriam su-  
per mortem et infernum. Postremo,  
diligenter obseruanda sunt ea loca,  
quæ Paulus citat ex Esaia cap. liij.  
Lauda sterilis, & ex Gen. xxi. Ejce  
ancillam, & filium eius, &c. Primum  
enim

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 210

enim consolatur uniuersam Ecclesi-  
am, & unumquoduis membrum e-  
ius in omnibus afflictionibus. Etsi e-  
nim uidetur aliquoties Ecclesia peri-  
re, et si priuatus quispiam, qui est Ec-  
clesiae membrum, uidetur opprimi,  
tamen Deus conseruat Ecclesiam et  
membra eius mirabiliter, & laetificat  
eam suo tempore summo gaudio. De-  
inde ex loco Gen. Ejusce ancillam, mu-  
nit nos aduersus scandalum, quo of-  
fendi solent infirmiores, cum neces-  
se habent desicere propter Euange-  
lion a summis Pontificibus, & abijs,  
qui possidere uidentur titulum Ec-  
clesiae Dei. Nam sicut Ismael, quia e-  
rat primogenitus Abrahæ, uideba-  
tur esse præcipuus haeres Abrahæ,  
ideoq; persequebatur Isaacum, atta-  
men enicitur una cum matre sua, ita  
Pontifices & omnes hypocritæ,  
qui confidunt meritis operum suo-  
rum, & habent ueterem, ut dicunt,  
possessionem Ecclesiae, etiam si ui-

IN CAP. IIII. EPIST. AD GAL

deantur columnæ Ecclesiæ , tamen  
eijciuntur è domo Abrahæ , ut non  
sint hæredes . Quare nihil mouea-  
mur si Pontifices proturbent nos è  
suo coetu , sed sentiamus potius , ipsos  
uerè ex Ecclesia electos esse , & no-  
strum esse officium , ut fugiamus ex  
cum eorum , nec quicquam , quod ad  
religionem attinet , communionis cū  
ipsis habeamus . Qui enim sectantur  
Euangelion Christi ex fide , hi sunt fi-  
lii liberæ . Illi autem , qui cōfidunt me-  
ritis suorum operum , sunt filii Agar ,  
filii ancillæ . Quare necesse habent  
audire , Eñce ancillam cum filio suo .  
Hoc igitur loco scripta est excom-  
municatio & sententia , qua eijciun-  
tur ex Ecclesia omnes Pōtifices , mo-  
nachi , sacrificuli , & hypocrite , qui do-  
cent & sentiunt se expiare peccata  
operibus legis , seu meritis operum  
suor̄ , & sacrificijs Missar̄ suar̄ . Et  
hic est scriptum q abroganda sint o-  
mnia monasteria , & collegia Missar̄  
riorum ,

Caput

## CAPVT V.



TATE I GITVR  
IN LIBERTA-  
TE.)

Hic est Epilo-  
gus seu Conclu-  
sio , eius disputa-  
tionis , quam Paulus in hac Epistola  
tractandam suscepit . Diximus enim  
suprà , quòd disputatio huius Episto-  
læ hoc syllogismo constet ; Nullum  
aliud Euangelion , quam quod ego  
concionatus sum , agnoscendum est .  
Concionatus autem sum hoc Euan-  
gelion , quòd liberi simus à lege , &  
quòd iustificemur non propter me-  
rita operum legis , sed propter Chri-  
stum per fidem . Non est igitur aliud  
Euangelion agnoscendum , sed per-  
manēdum est in ea libertate , ad quā  
Christus nos uocauit . Ac de confir-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

matione status huius disputationis,  
hactenus multa audiuimus, quæ longum esset iterum recitare, & tamen ut facilius retineantur, breuiter percurrenta sunt.

1. Nos Apostoli, qui sumus Iudei, non consecuti sumus iusticiam nisi per fidem propter Christum, & sumus liberi à lege, quanto magis gentes sunt liberæ, non iustificantur nisi propter Christum per fidem.
2. Si per legem est iusticia, tunc Christus frustra mortuus est.
3. Spiritus sanctus datus est, non propter merita operum legis, sed in nomine Christi, iustificantur igitur propter Christum.
4. Abraham credidit Deo & reputatum est ei in iusticiam, Ergo non iustificantur meritis operum legis.
5. Lex maledicit factorem, ergo non iustificat.
6. Christus redemit nos à maledictione legis, ergo iustificantur propter

EXPLICAT. IOAN. BREN.

218

pter Christū, & sumus liberi à lege.  
Iustus uiuit ex fide, ergo non ex  
operibus legis.

Lex data est post promissionem s:  
Abrahæ dictam de semine benedi-  
cto, Iustificamur igitur per semen  
Abrahæ benedictum.

Lex est elementum mundi. Sicut s:  
ergo elementa literaria non sunt per-  
fecta doctrina, ita nec lex facit nos  
perfecte iustos.

Sumus filij Abrahæ ex Sara libe- 10.  
ra, nō ex Agar ancilla. Sumus igitur  
liberi & non iustificamur propter  
seruilia merita operum legis.

Hæc fuerunt præcipua argumen-  
ta, quibus Paulus probauit iusticiam  
non esse ex lege, & nos esse liberos  
à lege. Addit igitur Paulus nunc con-  
clusionem suæ disputatiōis. Et in hac  
conclusione repetit præcipuum ar-  
gumentum. Solent enim in Epilogo  
præcipua argumenta non quidem  
pluribus recitari, sed tantum paucis

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

iterum indicari, ut in memoriam re-  
uocentur. State, inquit, in ea liberta-  
te, qua Christus nos liberauit, & no-  
lite iterum, &c. Hic iterum consyde-  
randum nobis est de libertate Chri-  
stiana. Paulus enim non loquitur de  
**externa** & ciuili aut corporali liber-  
tate, qua externus Monarcha liberat  
aliquos tyrannide hostis oppressos,  
sed loquitur de libertate Christiana,  
Qua Christus, inquiens, nos libera-  
vit. Quæ ergo est ea libertas: Primū,  
Christus liberauit nos à ciuilibus &  
ceremonialibus legibus Moysi, per  
hoc, quod sparsit Euangelion suum  
inter omnes gentes, & reliquit uni-  
cuiq; genti suas politicas leges. Hæc  
autem est minima pars Christianæ li-  
bertatis. Deinde liberauit nos à iure  
legis. Ius autem legis est, maledice-  
re, & damnare peccatores. Sed Chri-  
stus quia expiauit peccatum, idcirco  
sustulit etiam maledictionem & dâ-  
nationem legis. Hæc est maxima &  
præct.

præcipua pars libertatis Christianæ. Postremo liberauit etiā nos hac parte à lege, quod donat nobis credentibus in ipsum totam suam iusticiam, quam lex exigit. Quare et si non habemus perfectam iusticiam operum legis, tamē cùm Christum habemus, reputamur perfecte iusti, propter Christum. Hæc est libertas Christiana. Ex altera autem parte Paulus uocat legem, iugum seruitutis. Lex iugum est, sicut boues colligantur iugo, & coguntur durissimos quosq; labores perficere, arando, & uectando. Cùm autem peruerterint in senum, tunc mactantur. Sic etiam factores legis necesse habent difficillima quæq; opera perficere, & cùm plura fecerint, tunc mactantur morte, & abducūtur à Satana in infernum. Quare et si bona opera, ut mox sequitur, facienda sunt, tamen non est iterum suscipiendum iugum legis, sed perdurandum est in ea libertate,

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.  
ad quam per Christū uocati sumus.  
ECCE EGO PAVLVS  
DICO VOBIS.)

Præcipuum argumentum, quo  
Paulus probauit nos non iustificari  
ex meritis operum legis, hoc fuit: Si  
per legem est iusticia, igitur Chri-  
stus frustra mortuus est. De quo ar-  
gumento diximus supra in fine secū-  
di capititis. Nunc igitur Paulus repe-  
tit illud in epilogo, & repetit, haud  
quaquam oscitanter, sed magno ar-  
dore animi, magnaq; severitate. Ec-  
ce, inquiens, ego Paulus dico uobis,  
quod si circuncidamini, Christus uo-  
bis nihil proderit. Ego Paulus, in-  
quit, Quis ergo est Paulus, qui hæc  
dicit? Paulus est Apostolus Christi.  
De Apostolis autem suis dixit Chri-  
stus: Qui uos audit, me audit, Quis  
igitur nō adhiberet fidem Paulo A-  
postolo. Deinde Paulus uocatur ab  
ipsomet Christo electum suum orga-  
non. Quomodo & huic non adhibe-  
retur

retur fides? Adhæc, Paulus raptus  
fuit in tertium cœlum, in Paradísum,  
& didicit illic Euangelion Christi.  
Quis autem talem, de rebus cœlesti  
bus disserentem, nō audiret? Postre-  
mo Paulus edidit multa miracula, ad  
confirmationem doctrinæ suæ inter  
gentes. Sic enim act. xv. scribitur: To-  
ta multitudo audiebat Barnabam &  
Paulum narrates, quæ Deus edidis-  
set signa & prodigia inter gētes per  
ipsos. Talis igitur cùm sit Paulus, me-  
rito fides ei adhibenda est. Quid er-  
go dicit: Si circuncidamini, Christus  
uobis nihil proderit. Hęc uox, prima  
fronte apparet esse durissima, & hæ-  
reticissima. Nam circūcisio est preci-  
puum opus inter omnia opera legis.  
Et fuit instituta ab ipso Deo, magna  
autoritate. Masculus, inquit, cuius  
præpucij caro non fuerit circuncisa,  
delebitur anima illa de populo suo,  
quia pactum meū fecit irritum. Sed  
& Patriarchæ semper sanctissime &

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

seuerissime obseruârunt circuncisio  
nem. Adde huc, quòd Christus ipse  
suscepit circūcisionem. Quin & Pau  
lus permisit, ut Timotheus discipu  
lus suus circūcideretur. Quare cùm  
Paulus tanta seueritate asserat Chri  
stum ei non prodesse, qui circuncidi  
tur, uidetur primum damnare insti  
tutionem diuinam, deinde damnare  
omnes Patriarchas, præterea damna  
re Christum ipsum, ac se quoque. Et  
cùm aliás dicat, Circuncisio nihil est,  
uidetur prorsus pugnantia scribere.  
Præterea, cùm circuncisio præci  
prium sit opus legis, & tamen sic dā  
natur à Paulo, certe cùm dicit, Si cir  
cūcidamini, Christus uobis nihil pro  
derit, perinde est ac si diceret, si quis  
honorauerit parētes suos, si quis mi  
seretur proximi sui, & benefacit ei,  
Christus ei nihil proderit. Si enim dā  
natur à Paulo præcipuum ac summū  
opus, & maximus cultus Dei, profe  
cto uidentur etiam alia opera legis  
damnari.

damnari. Vide, quanta absurdia sequuntur ex uno dicto, non recte intellecto. Quare summa danda est opera, ut hoc Pauli dictum recte intellegamus. Observandum enim est quod Paulus respiciat, & quod argumentum tractet. Respicit enim in dogma illud Pseudoapostolorum, qui concionabantur de meritis operum legis, quemadmodum scriptum est Act. decimoquinto. Dicebant enim: Nisi circuncidamini secundum morem Mosi, non potestis esse salvi. Qua doctrina significabant, iusticiam esse consequendam meritis operum legis. Hic ergo Paulus grauissime resistit, Ecce ego, (inquiens) Paulus dico: Si circuncidamini, Christus uobis nihil proderit. Non est autem contentio de ipso circumcisionis opere, sed de opinione, quae huic operi a Pseudoapostolis adjiciebatur. Sententia enim haec est. Pseudoapostoli dicunt, Nisi circuncidamini secundum mo-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

rem Mosi, non potestis esse salvi. Egō autē dico, si quis hac opinione circunciditur, quod circuncisio sit meritum salutis suae, tunc Christus ei nihil proderit. Circuncisio instituta quidem fuit à Deo, ut signaculum fœderis, & debuit suo tempore obseruari, non ut iusticia ex opere, quod uocant, operato, sed ut signaculum iusticiæ fidei. Adhæc, postquam Euangelion coepit spargi post Ascensum Christi ad cœlos, inter gentes, circuncisio facta est opus indifferēs: Sed cū accedit illa opinio, q̄ iusticia constet ex meritis circūcisionis, tunc circūcisio, quæ antè erit indifferēs, fit impia, & qui hac opinione circuncidif, huic Christus plane nihil pdest. Vides igitur Paulū loq̄ non de ipso circuncisio nis opere, per se, sed de impia opinione, qua circūcisio suscipit. Nam hanc esse Pauli sentētiam, mox perspicue probat, cùm addit: Christus uobis factus est ociosus, quicunq̄ per legem iustificar

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 222

Iustificamini, à gratia excidistis. Qui-  
cūq; inqt, per legē iustificamini, hoc  
est, quicunq; pollicentur sibi iusticiā  
& salutē ex merito circūcisionis, aut  
alterius cuiuspiam operis in lege mā-  
dati, his Christus factus est uanus, &  
ip̄i exciderunt à gratia, & à Christo.  
Amisso autem Christo, non habent  
amplius Deū, quia extra Christū nul-  
lus est Deus. Hic est locus ualde ob-  
seruabilis. Explicat. n. nobis uerā sen-  
tentiam totius Paulinæ disputatio-  
nis de abrogatione legis, de qua dis-  
serit Paulus in Epistola ad Roma. &  
ad Galat. Paulus enim, cùm dicit nos  
liberos esse à lege, & operibus eius,  
nequaquam hoc uult, quod non de-  
beamus bona opera facere, sed q; nō  
debeamus huiusmodi operibus, que  
ex lege facimus addere impiam op-  
nionem, uidelicet, quod iustificet co-  
ram Deo. Atq; hic locus generaliter  
docet, qua in re distinguuntur Tur-  
cæ, Iudæi, Papistæ, Hypocrite, & ue-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

ri Christiani . Primum enim non est distinctio in peccatis , Nec est controuersia de peccatis : Ut enim Turcae peccant , ita & Christiani peccant , etiam si aliquoties alia gens altera majoribus criminibus obnoxia est . Ut Papistæ impudicè uiuunt , ita & sunt inter Euangelicos , quos ita uocant , qui impudicè uiuant . Deinde non est cōtrouersia de faciendis bonis operibus . Patentur enim omnes gentes , siue Turcae , siue Iudei , siue Christiani , bona opera facienda , & pie uiendum esse . Tametsi enim aliquotes contendit , quæ sint uerè bona opera , quæ Deus approbet , tamen in hoc omnes consentiunt , bonum esse faciendum , & uirtutibus ac pietati studendum . In hoc autem est controuersia & distinctio , quod tā Turcae , quam Iudei , Papistæ , & hypocritæ , nullum afferunt Christum ad sua peccata & bona opera , sed existimat sua opera esse expiationem peccatorum

rum et ueram coram Deo iusticiam. Christiani uero seu, ut uocant, Euangelici, afferunt ad peccata sua, Christum, quia credunt solum Christum expiasse ea; afferunt etiam ad bona sua opera, Christum, quia non sentiunt sua opera esse merita iusticiae, sed habent solū Iesum Christum pro sua iusticia, quem etiam solum opponunt iudicio Dei. Itaque hi soli habent propicium Deum, & seruantur, propterea quod ubi cuncti est Christus, ibi etiam sit Deus totus cum omnibus suis bonis. Extra Christum enim nullus est Deus. Habet hic iterum definitiuan sententiam aduersus omnes Papistas & hypocritas, aduersus omnia monasteria & collegia sacrificiorum, quod cum querant iusticiam in meritis operum suorum, amiserunt Christum, & exciderunt e gratia Dei.

CONTESTOR AVTEM OMNEM HOMINEM, QUI CIRCUNCIDITVR.)

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Apparet Pseudoapostolos exegit  
se quidem circumcisōnēm, tanquam  
necessariam ad salutēm, alia autēm  
quædam legis Mosaicæ nequaç̄ ur-  
sisce, sed ea libera permisisse. Quare  
Paulus ostendit hoc dicto, quod faci-  
ant absurdissimē. Si enim circumcisio  
idcirco necessaria est ad salutē, quod  
in lege patribus sit mandata, & con-  
firmata, profecto tota lex Moysi ser-  
uanda erit. Et qui hac opinione cir-  
cunciditur, quod Moses exigat ex in-  
stituto patrum circumcisōnēm, is eti-  
am necesse habet omnia reliqua in-  
stituta Moysi, tanquam ad salutēm ne-  
cessaria obseruare. Dictum autem  
est supra, quod qui sub lege sunt, sub  
maledicto sint, quia seruādo legem,  
non seruant eam. Quare qui circum-  
ciditur, etiamsi sperat salutēm, fru-  
stranea tamen est spes eius, quia ad-  
huc est maledictus. Memorabilis  
sententia, quæ principio totum fere  
Papatūm destruit, quia Romani Pô-  
tifices

tifices multa sumperunt ex Moſe,  
quæ obtruſerunt Ecclesiæ Christi,  
tanquam ideo diuinitus Ecclesiæ fer-  
uanda, quod Moſes ea instituerit, ut  
est uncio ſacrificorum, consecra-  
tio templorum, & alia. Sed ſi unum  
Moſi institutum ſeruandum eſt, quod  
Moſes præceperit, certe tota eius  
lex ſeruanda erit. Qui enim circun-  
ciditur, inquit Paulus, (hoc eſt,)   
qui unum Mosaicum, ut Mosaicum  
ſeruat, debitor eſt totius legis. De-  
inde, ſicut is debitor eſt totius legis,  
qui unum in lege, tanquam neceſſa-  
rium ad ſalutem, obſeruat, ita is eſt  
prævaricator totius legis, qui unum  
tantum in lege mandatum uiolat.  
Vnde Iacobus ait: cap. ſecundo. Quis-  
quis totam legē ſeruauerit, offendere-  
rit ait in uno, factus eſt omnium re-  
u. Dices igit, Qui fur eſt, erit ne etiā  
adulter aut latro? Non iam fit ſermo  
de ciuili iudicio, coram quo non eſt  
quispiam idcirco pro latrone iudi-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

caridus, quod sit adulter, sed loqui  
mur de iudicio diuino, coram quo is  
non iudicatur perfecte iustus, qui in  
uno aut altero offenderit. Quare qui  
in uno offenderit, idcirco dicitur om-  
nium reus, non quod omnia externis  
suis factis violauerit, sed quod non ha-  
beat perfectam iusticiam, quam om-  
nia & singula mandata Dei exigunt.  
Nemo igit potest confidere sua iusti-  
cia, sed necesse habemus confidere  
solius Christi iusticia. Ceterum, qua-  
ta sit impietas, quantus interitus sua  
ipsius iusticia fidere, pergit Paulus  
aperte & perspicue dicere.

CHRISTVS (inquietus,) FACTVS EST  
VOBIS OCIOSVS, QVICVN  
QVE PER LEGEM.)

Quid potest esse magis pernicio-  
sum, quam excidere à gratia Dei, &  
nullam utilitatem capere è passione,  
morte, & resurrectione Christi: At-  
talis pernicies accidit ei, qui iustifica-  
tur

tur per legem. Quid ergo est per legem iustificari: certe nihil aliud est, quam confidere se esse iustum in iudicio Dei propter merita operum, quae in lege præcepta sunt. Nec loquitur Paulus tantum de operibus ceremonialibus, sed de omnibus operibus legis. Sunt autem triplicia legis opera. Alia sunt ceremonialia, ut sunt circuncisio, Sabbatum. Et hæc nunc non iustificant, etiam aduersariorum nostrorum consensu. Alia sunt Iudicialia, seu politica: Et nec illa iustificant iuxta aduersariorum sententiam. Quare nihil est de ipsis dicendum. Alia sunt moralia, ut diligere proximum, benefacere egeno, subleuare miserum, ignoscere malefactori. Hæc dicunt aduersarij iustificare coram Deo, & mereri peccatorum remissionem. At Paulus, cum dicit: Quicunque per legem iustificamini, intelligit non ceremonialia & judicialia tantum, sed etiam Moralia, primum, quia

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

si ceremonia<sup>l</sup>a, ut circuncisio & obseruatio sabbati, non iustificant, certe nec moralia iustificant, propterea quod circuncisio & quædam aliæ ceremoniæ fuerunt in lege tam severiter præcepta, quam aliquot moralia. Deinde Paulus cùm ad Ro. cap. iiiij. doceret legem nō iustificare, dicit legem iram operari. Nulla autem lex maiorem Dei iram operatur, & seuerius conscientiæ occidit, quam lex præcipiens moralia. Adhæc, Paulus ipse cap. viij. ad Roman. proponit exemplum de lege Morali, Non concupisces. Postremo accedit generalis sententia spiritus sancti: In conspectu Dei non iustificatur omnis uiuens. Cùm igitur nulla humana iusticia, siue ceremonialis, siue iudicialis, siue moralis, sit perfecta, manifestum est, quod nulla opera iustificant hominem. Habes ex hoc dicto, quanta sit impietas hypocritarum, imo totius Papatus, & omnium sacrificiorum

EXPLICAT. IOAN. BREN. 120

ac monachorum. Nam quantum in  
ipsis est, faciunt aduentum, doctrinam,  
passionem, mortem, & resurrec-  
tionem Christi, ociosissima & ua-  
nissima.

Quæ ergo, inquis, est iusticia no-  
stra; sequitur.

NOS SPIRITV EX FIDE, SPEM  
IVSTICIAE EXPECTAMVS.)

Insignis sententia, & semper nobis ob oculos ponenda. Initio autem con syderandū est, quod Paulus non loquitur de ea iusticia, quæ constat externis operibus, & coram ciuili iudicio. Hanc enim iusticiam debemus re ipsa habere, facere, & in nobis sentire. Sed hæc tantum est puerilis & elemētaris iusticia. Loquitur autem de ea perfecta iusticia, quæ ualeat coram Deo in iudicio eius; Hanc iusticiam nullus hominum re ipsa habuit, fecit & sensit in hac vita, et in hac carne; quia semper in carne nostra hæ-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

ret peccatum, nec potest perfecte ex purgari in hac uita. Veteres & noui Pelagiani, sentiunt hominem posse habere purum cor in hoc seculo. Pri mos enim motus dicunt non esse in nostra potestate, sed fieri nō potest, ut caro sit ab omni peccato pura, in hoc mundo. Affectus enim carnis ini micitia est aduersus Deum, nam legi Dei non subditur. Et iterum, Ca ro concupiscit aduersus spiritum. Non potest igitur perfecta iusticia in carne haberri & sentiri, quamdiu in hac uita sumus, sed tantum habe mus & possidemus eam spe & expe ctatione, in spiritu, per fidem. Itaque non RE, sed SPE tantum iusti sumus. Postquam enim credimus in Christum, tunc imputatur nobis per fecta iusticia Christi. Et hæc iusticia non sentitur carne, in qua adhuc ha ret peccatum, sed tantum habetur spiritu, per fidem, & speratur ac ex pectat reuelanda in nobis post hanc uitam,

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 227

uitam, ut tunc etiam re ipsa perfectā Christi iusticiam in nobis sentiamus & possideamus. Spe, inquit Paulus alias, salvi facti sumus. Et Ioannes; Filij Dei sumus, & nondum apparuit, quid futuri sumus. Hæc certe sunt nobis cognitu maximè necessaria, quæ & afferunt nobis in grauissimis tentationibus non solum consolationem, uerum etiā presentem salutem. Cùm enim sistimur in temptationibus ad tribunal Dei, tentamur de iusticia nostra, quod non sit perfecta. Et dicit Tentator, Tu gloriaris quidem de Christo & iusticia eius, sed si es es regeneratus in Christo, & haberet iusticiam eius, tunc sentires etiam eam in carne tua, & es es purificatus a peccatis tuis. Nunc autem re ipsa sentis adhuc intrate peccatum. Quare non es in Christo regeneratus, nec habes iusticiam eius. Sed contra hanc temptationem producendus est hic locus Pauli; Nos sp̄itu, (non carne)

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

ex fide, (non ex meritis operum) ex-  
pectamus, (non in carne præsenter  
fentimus) spem iusticiæ. Nunc enim  
credimus tantum, nos habere iustici-  
am propter Christum. Tunc autem,  
cùm exuerimus carnem, etiam reip-  
sa sentiemus.

NAM IN CHRISTO IESV NON  
QVE CIRCUNCISIO QVIC-  
QVAM VALET.)

Commoratur Paulus adhuc in e-  
pilogo, & postquam antè indicauit,  
nos non habere nunc in hac uita iusti-  
ciam reipsa, sed tantum spe, per fidē,  
addit nunc ἀπόλογιαν. Nam in Chri-  
sto Iesu, inquit, neque circuncisio, neque  
præpucium ualent, sed fides per cari-  
tatem efficax. Si enim aut circūcisio,  
aut præpucium, aut aliud quidpiam,  
præter fidem, conferret nobis iustici-  
am, tunc haberemus iusticiam reip-  
sa. Nunc aut illa nihil ualent in Chri-  
sto, & non constat in his Christianis,  
mus,

mus, sed sola fides ualeat, ea nimis  
fides, quæ est efficax per caritatem.  
Dictum ualde obseruabile, quo pau-  
cissimis exponitur, in quo constet ue-  
rus Christianismus. Et si hoc dictum  
diligenter uel in primitiua Ecclesia  
consyderatum esset, uel hoc tempo-  
re consyderaretur, nunquam tantæ  
exortæ fuissent dissensiones in reli-  
gione. Videamus igitur, quam late  
pateat: Ac primum, fuerunt Phari-  
sæi, qui docebant post reuelatum E-  
vangelion Christi, circuncisionem ne-  
cessariam esse ad iusticiam compa-  
randam, & non sufficere Christum  
ad salutem. Contra hos igitur Pau-  
lus hactenus docuit, & nunc conclu-  
dit, quod in Christo Iesu nihil ualeat  
circuncisio, hoc est, quod Christianis  
mus non constet circumcisione, nec  
circuncisio faciat aliquid ad iusticiæ,  
quæ habetur in Christo. Et hoc pro-  
bauit supra multis argumentis. Cir-  
cuncisio autem est maximum ac pre-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

cipuum opus in lege. Quare si circu-  
cilio nihil ualeat in Christo, hoc est,  
non iustificat hominem, nullum cer-  
te opus legis tantum est, quod possit  
iustificare. Itaque neque abstinentia à  
carne suilla aliquid ualeat, neque obser-  
uatio sabbati. Idem de iudicialibus et  
moralibus dicendum est, quæ et si ha-  
bent suum quendam usum, non ua-  
lent tamen in Christo Iesu, hoc est,  
homo non iustificatur propter ipsa  
coram Deo. Ceterum, ut nomine cir-  
cuncisionis comprehenduntur om-  
nia opera legis Mosaicæ, ita etiam co-  
prehenduntur omnia opera huma-  
narum traditionum, quæ longe mi-  
noris momenti iudicada sunt, quam  
opera diuinæ legis. Fuerunt autem,  
qui contenderunt de die Paschæ, in  
Christianismo, qui exegerunt dele-  
ctum ciborum, tanquam necessariū  
ad salutem, qui instituerunt diuersa  
genera uestium, iejuniorum, ordinū;  
sed sicut in Christo nihil ualeat circum-  
cisio,

cisio, ita multo minus ualeat opus humana traditione institutum. Vide ergo, quām grauiissime & crudelissime peccauerint hi, qui quōdam propter diem Paschæ diris seiuicem deuouerint, & qui nostro tempore trucidauerint eos, qui abiecerunt usitatas uestes in sacris, aut qui non obseruārunt delectum ciborum. Deinde, sicut quidam exegerunt circuncisionem necessariam ad salutem, ita quidam senserunt contemptum omniū ordinationum esse necessarium. Illi nimis ad dexteram, hi nimis ad finistram declinārunt: Illi senserūt Christianismum situm esse in obseruanda circuncisione, hi putārunt eum situm esse in contemnenda & detestanda ea. Itaq; gloriabantur de præpucio suo. Nomine præpucij intelligendi sunt incircūcistarum gentium mores & consuetudines. Intelligenda item est abrogatio aut intermissio humanarum traditionum. Sicut ergo

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

circuncisio nihil ualet, ita etiam præpu-  
cium, hoc est, uel mores gentium,  
uel intermissiones ueterum consue-  
tudinum, nihil ualent, aut non conse-  
runt iusticiam. Ac plane idem dicit  
hoc loco Paulus, quod supra, In Chri-  
sto non est Iudæus, non est Græcus,  
non seruus, non liber. Nullum enim  
uitæ genus, nullus status hominum  
per se iustificat coram Deo. Etenim,  
si quis rex ueniat ad iudicium Dei, et  
dicat: Domine Iudex, peto, ut per-  
mittas mihi, quo ingrediar in regnū  
coeleste, quia sum Rex, hic profecto  
nō auditur, propterea quod in Chri-  
sto non sit rex, hoc est, Christiana iu-  
sticia non constat regio diademeate.  
Item, si alius ueniat, & dicat, Domi-  
ne Iudex, peto ut intromittas me in  
coelum, quia sum bubulus. Nec is  
quidē auditur, quia Christianismus  
non constat pastoricio officio. Sic di-  
cendum est, de Marito, de Cælibe, de  
nupta, de uirgine, de uidua. Quid er-

**EXPLICAT. IOAN. BRENT.** 130  
go illud est, quod in Christo ualeat, &c:  
per quod iustificamur: Sequitur:

**FIDES, QVAE PER DILECTIONEM OPERATVR.)**

Quid potest magis perspicue dic: In iudicio Dei nihil prorsus ualeat, aut iustificat, præterquam FIDES, hoc est, CHRISTVS Iesus, qui per fidem accipitur. Nam, qui uenit in iudicium Dei, & dicit, Domine Iude, peto ut intromittas me in cœlū, quia credo in Christum filium Dei, et affero eum mecum per fidem. Hic certe solus, si uera loquitur, auditur, & intromittitur in cœlum. Scriptū enim est, Sic Deus dilexit mundum, ut daret unigenitum filium suum, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam. Sed quid illud est, quod addit:

**QVAE PER DILECTIONEM OPERATVR.)**

**Num fides iustificat coram Deo,**

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

non propter Christum, sed propter opera dilectionis seu caritatis : Hoc contendunt quidem aduersarij, & quoties prædicamus de iusticia fidei, quod iustificemur sola fide propter Christum, tunc ipsi obijciunt nobis hoc dictum Pauli, & affirmat fidem iustificare propter caritatem . Paulus autem hactenus semper docuit, nulla opera iustificare coram Deo: non igitur sentit opera caritatis iustificare. Et hic est scopus totius Evangelij Christi, quod non iustificemur meritis nostrorum operum. Quare Paulus nequaquam addit hanc appé dicem, quod sentiat fidem iustificare propter opera. Nō enim dicit, Fides, quæ per dilectionem iustificat. Sed addit illud ad refutandos & confundendos tam hypocritas, quam impudentes seu impœnitentes. Cùm enim prædicatur de fide, & iusticia eius, tunc duo occurruunt hominum genera, qui cùm non habeant ueram fidem,

glorian-

gloriantur tamen de fide. Vnum genus est hypocitarum, Hic dicunt se credere in Christum, tamen interim sectantur humanas tantum traditiones, & non dant operam caritati, aut dilectioni, ut Monachi & sacrificuli. Alterum genus est præfractorum & impoenitentium, qui dicunt se credere, & tamen præfracte pergunt in peccatis, nihilq; non scelerum designant aduersus proximos. Dicunt enim, se Dei amicos, omnium autem hominum inimicos. Contra hos loquitur Paulus, & dicit, Fides, quæ per dilectionem operatur, hoc est, loquor nunc de fide, non facta, nō imaginaria, non diabolica, sed de uera fide, quæ sua sponte, postquam accepit Christum, profert fructus, & opera caritatis. Nam in iudicio Dei, cùm dixerit quispiam: Domine iudex peto, ut intromittas me in cœlū, quia credo in Christum, audiet uicisim: Recte, Sufficit tibi Christus, & fi-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

des quæ est in ipsum : sed proba , &  
ostende quòd uere in Christum cre-  
dideris . Fides enim declarat se per  
opera caritatis . Vbi ergo sunt ope-  
ra tua caritatis ? Quot pauperibus  
benefecisti ? quibus remisisti ea quæ  
in te peccauerunt ? Hæc sunt indi-  
cia fidei , non sunt opera iustifican-  
tia . Nam quòd de his operibus quæ  
stio futura sit in iudicio Dei , testatur  
Christus ipse Matth . xxv . Esurui &  
dedistis mihi edere , &c . Etsi autem  
opera caritatis nunquam sunt perfe-  
cta in homine , in hac carne , tñ quic-  
quid eis deest , compēsatur per Chri-  
stum in his , qui in ipsum credunt .

CVRREBATIS BENE , QV(S  
VOS IMPEDIVIT.)

Est & hæc pars epilogi , in qua par-  
te Paulus reprehendit defectionem  
Galatarum ab Euangelio , & refutat  
interim tacitas quasdam obiectio-  
nes . Mirum , inquit , est , quòd non  
amplius obediatis ueritati Euange-  
lij ,

Inj, cùm antea tam bene cucurreritis. Initio enim, cùm Euangelion uobis prædicatum est, excepistis illud magna alacritate, & proficiebatis mirum in modum, ita ut in profectu Euangeli non pedetentim incessanter, sed festinanter cucurreritis. Hac uoce monet Paulus totam Ecclesiā, ut meminerint quād diligenter, & studiose in Christianismo pergendum sit. Christianismus enim non debet esse status aut cessatio: Inter multos autem, qui cessant, etiam hi numerandi sunt, qui hoc agunt, ut liberi ab omnibus negotijs hominum, secedant in eremum. Hoc enim est cessare, imò fugere exercitium Christianissimi, quod in hominum contubernio, & in negotijs humanis elucere debet. Adhæc, Christianismus non debet esse retrospicientia. Nemo, inquit Christus, mittēs manum ad aratrum, & retrospiciens, aptus est regno cœlorum:

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Sed Christianismus est progressus de uirtute in uirtutem , adeoꝝ Cur-  
sus festinus. Nec mirum , quia mag-  
num βραβεῖον nobis propositum est.  
Sed dicent Galatæ. Nos persuasi fu-  
mus , quòd quæ nunc sectamur , sint  
certissima ueritas , & quòd obedia-  
mus nunc ueritati , & nequaquam  
mendacio, ut tu sentis. Ad hoc respō-  
det Paulus : Hæc persuasio non est  
perficta ex eo qui uocat uos , hoc est,  
persuasio uestra non est ex Deo, sed  
ex diabolo. Nō sufficit persuasio mé-  
tis, sed exigitur, ut rectam, iuxta uer-  
bum Dei, persuasionem habeamus.  
Ethnici persuasi erant , quòd colen-  
do deos suos sequerentur certissimā  
ueritatem. Iudæi persuasi erāt, quòd  
faciendo sacra in excelsis & lucis, fa-  
cerent cultum Deo gratissimum. Im-  
pī persecutores Euangeliū persuasi  
fuerunt, quòd occidendo Apostolos  
præstent obsequium Deo . Arriani  
persuasi erant , quòd docendo Chri-  
stum

stum non esse uerum Deum, doce-  
rent diuinissimam ueritatem. Turce  
persuasi sunt, se sectando Mahume-  
tem, sectari uerissimam religionem.  
Anabaptistæ persuasi sunt, sua som-  
nia esse cœlestes reuelationes, sed hi  
omnes impiissime errant. Non enim  
satis est ipsa persuasio, sed diligenter  
conſyderādum est, num sit ex Deo,  
& uerbo Dei recte intellecto. Do-  
cuit autem Paulus hac tota Epistola  
ex uerbo Dei, quod suum Euangeli-  
on, & non Pseudoapostolorum, sit  
certissima ueritas, ita ut nec angelo  
aliud credendum sit. Quare necesse  
est persuasionem Galatarum, qua  
adhibebant fidem Pseudoapostolis,  
non esse ex Deo, sed è Satana.

Sed iterum dicent Galatae: Quid  
causæ est, quod tu Paule ob rem tam  
leuiculam excitas tantam tragœdi-  
am? Quid enim nocet, etiam si fuisci-  
piamus circumcisionem? An non cō-  
sultius est, ut subiçiamus nos circum-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

cisioni, & cedamus in hoc Iudeis, quod ut excitemus propter circumcisionē tantum tumultum. Hæc sunt, quæ fere etiam nostra tempestate à prudenteribus huius seculi dici solent. Quid, inquiunt, magni est Missam legere uel audire? Quid multum refert, Sacramentum sub una, an sub utraque specie sumeres? An ob has res leuiculas, debemus expondere tot periculis nō solum nostras opes, & uitam, sed etiam incolumentatem totius regiorum, imo totius Romani Imperij? Ad hoc respondet Paulus, Paululum fermenti totam consperitionem fermat. Videtur quidem uobis res levula, circumcisionem suscipere, sed hoc uobis dictum uolo, quod quemadmodum paulum fermenti totam massam fermentat, ita circumcisione, tali opinione suscepta, qualem docent Pseudoapostoli, et si uidetur res parua, tamē corrumpit synceritatem totius Christianismi, quemadmodum

Paulus

**EXPLICAT. IOAN. BREN.** 234

Paulus in tota epistola probauit, nec est opus nunc iterum recensere. Sic etiam uide quidem parua res, Misere, & sacramentum sub una tantum specie accipere, sed si hoc tali sit opinione & sententia, qualis Missa est excogitata, & adhuc urgetur atque exigitur, tunc inficit totum Christianismū, & qui ita missat, huic Christus non est utilis. Quod de doctrina dicitur, hoc de operibus uitæ dici potest: Nam Paulus ad Corinthios scribens, utitur hac sententia, Paululum fermenti corrumpit totam massam, ad cauēdum unius mali hominis malum exemplum. Quidam apud Corinthios habitabat illegitimè cum nouerca sua, Hoc Paulus acerrimè reprehendit. Sed erant fortassis quidam, qui dicebant: Quid hoc magni est, quod unus tantum homo illegitimè uiuit cum Nouerca? Hoc enim facinus nec est latrociniū, nec prædatio. Quid ergo tam seueriter

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

esset puniendum: Paulus autem ad-  
ducit hanc sententiam: Modicum fer-  
menti, &c. Malum enim unius homi-  
nis exemplum inficit totam Ecclesi-  
am. Quare non est tolerandum. Sic  
dici potest de puerorum delictis. A-  
liquoties enim pueri furantur uel li-  
gamina tibialium, uel obolos. Quid  
autem magni aestimandus esset obo-  
lus? Sed audi hanc sententiam: Mo-  
dicum fermenti totam massam fer-  
metat. Si paruum aliquod delictum  
concedis puero, tunc tota eius ui-  
ta corrumpitur.

EGO CONFIDO DE VOBIS  
IN DOMINO.

Sequitur dilutio alterius obiectio-  
nis. Galatae enim potuissent ad tam  
seueram increpationem Pauli cogi-  
tare: Quid ad nos auditores, quod  
doctores male doceant Euangelion,  
& fermentant illud traditione legis  
Mosaicæ? Nos sumus homines sim-  
plices,

plices, & non intelligimus tantum  
negocium. Quare si doctores nostri  
seducunt nos, ueniet super ipsos, &  
non super nos supplicium. Hoc dilu-  
it nunc Paulus, & ait, Is quidem, qui  
uos conturbat, qui seducit, portabit  
iudicium, quisquis fuerit, etiam si es-  
set sanctissimus omnium, attamen  
confido de uobis, quod non aliud sen-  
suri sitis, hoc est, bona spes me tenet,  
quod non sitis errori obsecuturi, sed  
mansuri in meo Euangelio, quod ue-  
re uobis prædicaui. Nam si perrexer-  
itis sectari errorem & impietatem  
doctorum, certe peribitis unà cum  
doctore. Vnde Christus apud Matt.  
cap. xv. ait, Si cæcus cæco ducatum  
præbet, ambo in foueam cadunt. Et  
Ezech. Si dixero impio, morte mori-  
teris, ipse impius morietur in iniqui-  
tate sua. Hoc autem idcirco conser-  
uandum est, ut unusquisque excite-  
tur ad diligentiam discendæ ueræ re-  
ligionis. Sunt enim, qui neglectis cō-

IN CAP. V. EPIST. AD GALI

Sie wollten  
den Pfaffen  
darüber uer-  
trautten.

cionibus, dicunt, se fidere Ecclesiastis,  
quod recta doceant, hoc est, contem-  
nunt conciones, non requirunt eas.  
At Christus longe aliam diligentiam  
ab unoquouis Christiano requirit.  
Non est tolerabile sic conciones con-  
temnere, & putare parum referre,  
quid doceat. Sed necessitas exigit, ut  
uerbum Dei, & ueram religionem  
summo studio cognoscamus. Opor-  
tet enim unumquemque priuatim &  
seorum statui ante leuerum tribu-  
nal Dei, coram quo nemo potest co-  
stare, nisi per ueram religionem, hoc  
est, per Christum. Necesse igitur est,  
ut unusquisque recte discat cogno-  
scere Christum. Turpisimum est,  
corporalia tam sollicite curare, & spi-  
ritualia, quae sunt uere salutaria, osci-  
tanter contemnere. Alia obiectio: Tu  
tamen Paule, prædicas ipse, & obser-  
vas circumcisionem, cum alias dicas,  
circuncisio prodest, si legem obser-  
uaueris. Cur igitur sic eam damnas?  
Et

Et quid: an non esset res preciosissima, si possemus talem concordiam, per circumcisionem, inter nos & Iudeos constituere, ut Iudei non amplius persequerentur Christianos, sed uiuerent concorditer in una religione? Diluit Paulus & hanc oblationem. Ac primum ostendit manifesto argumento, quod non praedicit circumcisionem, quemadmodum Pseudoapostoli. Quid adhuc, inquit, patior persecutionem, si praedico circumcisionem: hoc est, Iudei persequuntur me uirulento odio, amplectuntur autem fauore Pseudoapostolos. Hoc manifestum est signum, quod longe alia ratione praedico de circumcisione quam Pseudoapostoli. Hi urgunt circumcisionem, & docent eam necessariam ad salutem. Ego doceo circumcisionem per se nihil est. Iudei possunt eam in sua politia obseruare, quamdiu politia eorum constat. Gentes autem non coguntur

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

cam suscipere. Hæc est doctrina, quæ  
mibi affert omnem persecutionem  
& odium. Deinde quod Pseudoapo-  
stoli uolunt concordare Iudaismum  
& Christianismum per circuncisio-  
nem, ut cesset persecutio, & fiat con-  
cordia, nullum prorsus habet locum  
in uera pietate. Et hi Pseudoaposto-  
li idem agebant, quod hoc tempore  
a prudentibus huius seculi consuli-  
let. Existimat enim, quod utile esset,  
ut tam Papistæ quam Evangelici, ali-  
quid de suis, ut loquuntur, opinioni-  
bus remitterent, ac instituerent con-  
cordiam, quo cessaret persecutio, &  
mutuum odium, sed hoc consilium  
nihil ualeat. Tali enim concordia abo-  
leretur scandalum crucis, euacuare-  
tur crux Christi, inquit Paulus. Abo-  
lere autem scandalum crucis, est tol-  
tere afflictionem ab Ecclesia. Iam  
in ciuilibus quidem rebus, multa sunt  
remittenda & condonanda ac tole-  
randa, ut sit concordia, & cesset di-  
scordia,

EXPLICAT. IOAN. BREN.

cordia, sed in causa religionis, nihil  
est de uerbo Dei concedendum, ut  
sit ciuilis & politica concordia. Ne-  
cessere enim est, ut fides sit recta et syn-  
cera, non est autem necesse, ut duca-  
mus in hoc seculo iucundam uitam.  
Adhęc, Vetus est consuetudo, quod  
syncerum uerbum Dei attulit crucē  
in hunc mundum. Patriarchae, quia  
sectabantur ueram religionem, ne-  
cessere habuerunt à finitimiſ suis mul-  
ta aduersa tolerare. Prophetae, quia  
prædicauerunt ueram religionē ad-  
uersus impietatem hypocritarum,  
abieci & occisi sunt. Christus ipſe  
crucifixus est, Apostoli eius trucida-  
ti sunt: Ecclesia ſemper maximas tu-  
lit persecutiones tam à Gentibus, q̄  
à Iudæis. Præterea, Christus promi-  
tit tali cruci, & afflictioni, quæ immittit  
titur propter uerbum Dei, magnam  
remunerationem: Gaudete, inquiēs,  
& exultate, quia merces uestra ma-  
gna est in cœlis. Huc accedit, quod

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Ecclesia semper creuit persecutionibus. Israëlitæ in Aegypto , tanto magis crescabant, quanto plus opprimebantur. Sic Ecclesia sub persecutio- ne Gentium & Iudæorum : Ecclesia enim est uelut hortus, Sanguis martyrum uelut aqua irrigans hortum. Quare nihil est remittendum de uerbo Dei ad conseruandam publicam & politicam concordiam. Euangelion autem Christi , ex diametro pugnat cum impietate Iudæorum. Sicut & hoc tempore, Euangelion ex diametro pugnat cum impietate Papistica. Quare non potest fieri concordia, nisi altera pars cedat. Hoc autem non uolunt facere impij , Et qui pijs sunt, non possunt cedere . Itaque manet discordia , manet persecutio-nes, graues quidem imbecillibus , sed tam Ecclesiæ utiles. Nam res Ecclesiæ in peiori ferè statu esse solent, cùm fuerit publica tranquillitas. In Papatu fuit publica tranquillitas, sed magna

magna impietas. Satan enim custo-  
dit atrium suum in pace, si non habet  
aduersarum. Non est igitur propter  
tranquillitatem cedendum in uerbo  
Dei, ne euacueſ crux Christi, & tolla-  
tur scandalū crucis. Crux enim Chri-  
sti semper debet esse in Ecclesia, nō  
loquor de lignea cruce, sed loquor  
de persecutione, quæ non est inutilis  
Ecclesiae. Ex hoc autem nō sequitur,  
quod omnia sint diuina, quæ patiun-  
tur aduersa. Nam scelera habent eti-  
am suas afflictiones: Sic enim compa-  
ratum est in hoc mundo, ut Deus im-  
mittat afflictiones sceleribus, Satan  
autem immittat crucem pietati. Ita-  
que tam pietas quam impietas suam  
habent crucem, seu afflictionem. Se-  
quitur autem, quod propter crucem  
non debeamus recedere à nomine  
Dei, aut aliquid remittere. Itē, quod  
propter crucem nō debeamus dam-  
nare, quod per se rectum est. Multi  
damināt nunc expeditionem in Tur-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

cam, tanquam minus Christianam,  
propterea quod fuerit infelix. At ex  
peditio per se fuit pia, Homines autem  
fuerunt impenitentes; sic & de con-  
iugio dicendum, &c.

Post haec, addit Paulus execratio-  
nem, Utinam, inquit, abscondantur.  
Quid licet ne hominibus maledicere?  
Non licet priuato affectu, sed li-  
cet ex uocatione Dei. Exemplum ha-  
bes in Mose, Maledictus, inquit, qui  
non audierit uocem Dei. In Elizeo  
ijij. Reg. ij. Item in Petro Act. viij. Si-  
cuit & licet ex uocatione Dei occide-  
re. Paulus autem hoc loco maledicit  
ex uocatione Dei.

VOS ENIM IN LIBERTA-  
TEM VOCATI FV.)

Absoluuit Paulus principalem ac  
præcipuam partem huius Epistolæ,  
uidelicet, eam quam instituerat de iu-  
stificatione. Ab initio enim Epistolæ  
exposuit, non esse aliud Euangelion  
fusciendum

suscipiendum aut credendum, quam  
quod ipse prædicauit. Deinde ostendit se docuisse hoc Euāgelion, quod  
nullus hominum iustificetur, aut iu-  
stus reputetur coram Deo propter  
merita suorum operum, sed tantum  
propter Iesum Christum per fidem.  
Et hoc probauit Paulus multis ac fir-  
missimis argumentis. Postremo adie-  
cit Epilogum, in quo exhortatus est  
Galatas, ut persevererent in ea liberta-  
te, ad quam Christus eos uocauit, &  
non agnoscant doctrinam Pseudo-  
postolorum, de meritis operum le-  
gis. Hæc est principalis pars huius e-  
pistole; Ac poterat Paulus nunc Epi-  
stolam cōcludere, & adjicere (ut uo-  
cant) Datum, sed quia multa concio-  
natus fuerat de libertate Christiana,  
& dixerat, eos esse maledictos, qui  
sint ex operibus legis, instituit nunc  
nouam concionem, de bonis operi-  
bus, ne quis ex prioribus intelligat,  
nihil boni in Christianismo operan-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

dum esse. Ac uide mihi admirabilem  
Paulum. In superiori concione ita dā  
nauit omnia opera, ut ea usq; in pro-  
fundum inferni deiecerit. Quotquot  
enim sunt, inquit, ex operibus legis,  
maledicti sunt. In hac autē posteriori  
conccione seu parte Epistolæ, ita ex-  
tollit bona opera, ut ea in cœlo po-  
nat. An non hoc est, ex eodem ore fr̄  
gidum & calidum efflare, & pugnā-  
tia docere? Minimè omnium. Nam  
in superiori concione tractat Paulus  
locum iustificationis: Ad consequen-  
dam autem iustificationem, proorsus  
nihil ualent bona nostra opera corā  
Deo, quia sunt imperfecta & uicia-  
ta. In hac autem posteriori parte con-  
cionis suæ, tractat de fructibus iusti-  
ficationis, quos in hac humana uit̄  
inter nos proferre debemus. Necel-  
larium autem est, ut iustificati coram  
Deo per fidem propter Christum,  
bonos fructus faciamus, quo habeā-  
mus testimonia fidei, & ducamus cū  
proxī

proximo honestam atq; trāquillam uitam. Quare quantum bona opera in iustificatione damnantur, tantum commendanda sunt in uita humana, ad consequenda testimonia fidei. Nā singamus esse hominem quendam, quis sit bonus citharoedus, malus autem scriptor: Est autem, quod dictare uelim, & quāero scriptorem. Hic ostenditur mihi citharœdus, & aliud quidem commendat eum ab artificio ludendi in cithara, aliud aut prorsus uilipēdit eum, quōd pessime scribat aut pingat. Itaque is citharœdus cōmendatur & uituperatur, sed diuersa ratione. Nec sit ei iniuria: Sic et de bonis operibus sentiendum est. Recte enim uituperantur & damnantur in loco iustificationis. Recte etiā commendantur & exiguntur, in disputatione de fructibus fidei, & in hac humana uita. Dicit ergo Paulus: Vos in libertatem vocati estis, tantū ne libertate in detis in occasionem

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

carni: Hæc est uetus querela omnium  
Apostolorum, & eorum qui syncerum Euangelion prædicant, quod fe-  
rè fieri soleat, ut cùm iustificatio fi-  
dei perspicue tractatur, impij fiant li-  
cetia deteriores, & pīj fiant ignauio-  
res. Sic. i. Pet. ij. Tanquam liberi, &  
non uelut prætextum habentes ma-  
litiæ libertatem. Et Iudas in sua Epi-  
stola: Obiter subierunt quidam ho-  
mines impij, qui Dei nostri gratiam  
transferunt ad lasciviam. Impij enim  
dicunt: Quid faciamus bona opera,  
cùm tam facile iustificemur per fidē.  
Pīj sed infirmi cogitāt, quid multum  
fatigares te bonis operibus, cùm ta-  
men nihil coram Deo mereantur?  
Itaq; gratia Christi transfertur ad la-  
sciviam & inobedientiam. Quid er-  
go: Si ex prædicatione iustificationis  
ratum offendio oritur, cur non omit-  
titur hæc prædicatio, & docetur de  
meritis operum, quo homines exci-  
tarentur ad bene operandum? Re-  
spondeo,

spondeo. Inter duo pericula , minus periculum est secundum . Magno quidem periculo docetur iustificatio fidei , sed multo maiori periculo docetur doctrina de meritis operū . Primum enim , hæc doctrina est mendax & falsa ; Horrendum autem peccatum est , mendacia docere . Deinde , hæc doctrina abducit omnes homines in perpetuum interitum . Quantum autem incommodum est , homines coniçere in extremam intercessionem ? Illa autem altera doctrina , uidelicet , de iustificatione fidei , primum est uera , & diuinus mandata . Obsequendum autem est Deo , & docenda est ueritas . Deinde etiam si quidam offenduntur , tamen est potentia ad salutem omnium credenti . Hæc doctrina seruat totam Ecclesiā : Non posset Ecclesia aut constare , aut salutem consequi , nisi hanc haberet doctrinam . Tolerabilius autem est impios perire , & Ecclesiam serua .

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

ri, quām si unā cum impijs etiam Ecclesia periret. Quare hæc doctrina de iustificatione fidei diligentissime urgenda est, interim tamen suus homines tribuendus est bonis operibus. Itaq; Paulus ait, Vos in libertatē uocati estis, sed ita, ne detis libertatem in occasionem carni, hoc est, ne abutamini libertate ad licentiam & lasciviam. Nam quemadmodū in rebus, interdum solent ciues quidam donari libertate, ut non necesse habeant annum tributum persoluere, nec cogantur alia publica reip. onera ferre, sed propter hanc libertatem non conceditur eis, ut noctu uagentur in plateis, & effringāt fores ciuium; ita Christiani consecuti sunt libertatem à lege propter Christum, in iudicio quidem Dei, et coram tribunalī Dei, ne condemnētur accusatione legis, sed non sunt ideo consecuti libertatem, ut liceat eis quiduis inter homines pro sua libidine facere. Christiana

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 249

ha enim libertas mira res est, facit hominem liberum coram Deo, in iudicio eius; Sed interim facit eum servum omnium hominum. Sic enim se quitur in Paulo: Per caritatem servite uobis inuicem. Haec doctrina diligentissime obseruanda est. Multi enim sunt, qui cum non debeat erga alienum, sentiunt se nihil cuiquam debere. Dicunt: Quid proximus meus ad me? Num sum seruus, aut captivus eius? Quid ei debo? Hi sermones tolerabiles quidem sunt in politica Ethnicorum uita, si modo quispiam non fuerit alieno aere obstrictus, sed non sunt Christiani sermones. Nam unusquisque Christianus, etiam si non est obstrictus aere alieno, tamen est proximi sui debitor, seruus & captivus. Seruite, inquit, uobis inuicem per caritatem. Vnusquisque enim debet alteri opera caritatis. Hoc debitum semper debet solui, & tamen nunquam potest in hac uita persolui ac exolui.

IN CAP. V. EPIST. AD GAL

Moses uoluit deleri de libro uiuentium propter populum suū, & tamen nondum perfecte exoluit hoc debitū. Paulus cupit esse anathema pro fratribus, & tamē non satisfecit huic debito perfecte. Ioannes eleemosynarius Episcopus Alexādrinus, cū sustentasset cuiusdam inopiam duabus librīs auri, & is gratias ei magnas ageret, respondit, Frater, nouū pro te sanguinem effudi, sicut præcepit mihi Christus. Nullus enim hominum unquam exoluit hoc debitum. Solus Christus exoluit. Oportet autem nos semper in continua solutio- ne uersari. Sicut enim creditores & quo animo ferunt dilationem debitorum, si modo debitores pauca quædam singulis terminis numerent. Sic & Deus noster & quo animo fert impotentiam nostram, propter Christum, si modo dominemur carni, & ambulemus in operibus caritatis, quibus possumus in hac uita.

Nam

EXPLICAT. IOAN. BREN. 243

NAM TOTA LEX IN  
VNO SERMONE.

De bonis operibus disserit nunc Paulus. Et docuit nos ea conditione in libertate vindicatos, ne uertamus eam in licentiam peccādi. Sed ut per caritatem inuicem seruiamus. Nunc docet præstantiam & excellentiam Caritatis. Etsi enim nō exigitur à nobis caritas, ut merito eius consequamur remissionem peccatorum & uitam æternam : hęc enim contingunt nobis propter solum Christum per fidem, exigitur tamen à nobis propter obedientiam, quam debemus diuinæ legi. Nam quemadmodum parentis nō exigit à filio, ut operibus suis mereatur patrimonium, sed ut obedientia sua reuereatur parentem, & faciat, quod debet : Ita Deus Pater exigit à nobis caritatem, non ut caritate mereamur hæreditatem cœlestem, sed ut præstemus legi eius obedientiam & reuerentiam, quam tan-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

to benefactori debemus. Quæramus igitur quæ sit lex Dei, ut & cognoscamus quid nobis boni faciendum sit. Tota (inquit) lex, in uno uerbo compleatur, nempe in hoc, Diliges proximum tuum, ut te ipsum. Quare si mutuam dilectionem, & caritatem servauerimus, totam legem implemus. Non impletis eam, uos Galatae, si circumcisionem suscipiatis, aut abstineatis a carnibus suillis, aut alia Leuitica feceritis, sed magis implebitis eam, si uobis iniucem per caritatem seruatis. Lex enim tota impletur caritate. Hic obserua mihi, quod Paulus non loquatur de uniuersa lege, tam primæ quam secundæ tabulæ, sed tantum de tota lege secundæ tabulæ, quemadmodum exponit ad Rom. ca. xij. Nam prima tabula habet aliæ epitomæ, uidelicet, Diliges Dominum tuum ex toto corde, & ex tota anima. Et hæc lex impletur per fidem in Christum; Nam Christus per fidem acceptus,

EXPLICAT. IOAN. BREN. 244

ceptus, donat nobis suā impletionē,  
donat etiā nobis spiritum sanctū, ut  
incipiamus Deū diligere, nomē Dei  
honorare, & uerbū eius obseruare.  
Secunda autem tabula decalogi, cō-  
prehenditur tota in hoc uerbo, Dil-  
ges proximū tuum sicut teipsum. Et  
est obseruabile compendium, quod  
nunquām satis uel explicari uerbis,  
uel impleri factis potest. Primum e-  
nim in hoc compendio docetur uir-  
tus longe omnium excellentissima  
& præstantissima, quæ est CARI-  
TAS seu DILECTIO. Hæc  
uirtus est iucundissima. Quid enim  
dulcius amore? Contrà, nihil est iniu-  
cundius, nihil abominabilius odio.  
Hæc uirtus est utilissima, quia reti-  
net Deum inhabitatorem: Deus e-  
nim caritas est, & qui manet in cari-  
tate, in Deo manet. Conseruat etiam  
mutuam hominum cōseruationem.  
Hæc uirtus est necessaria. Non enim  
potest hominum societas diu consta-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

re, nisi caritate sese mutuo amplectatur. Huc respicit tota externa politia Mosis. Huc respiciunt Leges Romanæ, quæ uaria sanxerunt in hunc usum, ut mutua hominum concordia & caritas aliquo modo constaret. Huc uocauit Christus suos discipulos: Hoc est, inquiens, mandatum meum, ut uos inuicem diligatis, sicut ego dilexi uos. Non praescribit eis nouam politian, sed praescribit eis illam uirtutem, quæ ad omnes politias commoda & necessaria est, & quæ superat omnes alias leges. Deinde, In hoc compendio proponitur nobis tam apertus, tamq; explicatus liber, ex quo discamus, qualis & quanta debet esse dilectio, ut nihil clarius nobis ob oculos ponî posset. Diliges, inquit, SIC VIT TEIPSVM: En, Vnusquisq; sibi est liber, & commettarius, e quo discat, quatenus debeat proximum diligere. Natura enim unusquisq; ita affectus est, ut cupiat si bi

bi ab alio subueniri, quibuscumq; mo-  
dis fieri posset, non ore, nō uerbis tā-  
tum, sed etiam rebus ipsis. Ergo ha-  
bet unusquisq; domesticum præce-  
ptorem dilectionis: Quod tibi non  
uis fieri, alteri ne feceris. Christus p-  
ponit etiam suum exēplum, Diliga-  
tis inuicem, sicut ego dilexi uos. Di-  
lexit autē nos ita, ut pro nobis mor-  
tem suscepere perit: Ergo, inquis, debe-  
mus & nos pro alijs mortem suscipe-  
re? Et si quidem fur suspendendus  
est, debemus nos offerre ad suspen-  
dium, ut fur liberetur: Non hoc exi-  
git Christus. Nam & Christus ipse,  
cum adduceretur adultera, ut lapi-  
daretur, non dixit, Lapidate me  
pro adultera, sed exigit, ut proximo  
iuxta officium meum benefaciam, e-  
tiam si mihi uita impendenda sit. Ex-  
empli gratia. Christus uocatus fuit,  
ut prædicaret Euangelion suum ad  
salutem nostram, & satisfaceret pro  
peccatis nostris. Hoc officium præ-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Stitit nobis uitæ suæ periculo. Sic in  
periculo pestis, mater infici solet à fi-  
lia, sed quia mater debet hoc officiū  
filiæ, ut curam eius habeat, debet eti-  
am ei hoc præstare periculo uitæ  
suæ. Non est officium nostrum, ut fu-  
rem abstrahamus à cruce, sed potius  
officium est, ut adiuuemus, quo ini-  
quitas puniatur. Nota de Zaleuco  
Locrensi, qui cùm legem tulisset, et  
adulter duobus oculis priuaretur, et  
filius eius designasset adulterium, tā-  
tē fuit iusticiæ, ut maluerit ferre, quo  
& sibi unus oculus, et alter filio erue-  
retur, q̄ ut non satisficeret legi. Non  
debuit filio hoc officium, sed tamen  
fuit admirabilis uirtus. Vnusquisq;  
autem suum debet officium proxi-  
mo facere, etiam periculo suæ uitæ.  
Sic Patriam defendere est rectum of-  
ficium. Hoc officiū debet unusquisq;  
periculo uitæ suæ facere. Habemus  
ergo duos commentarios, alterum,  
Nos ipsos, alterum, exemplum Chri-  
sti,

sti, è quibus possumus discere, quatenus proximus diligendus sit. Postremo, in hoc compendio, Diliges proximum tuum sicut te ipsum, proponitur nobis excellentissima res in tota terra diligenda. Nihil enim excellētius est proximo homine. Proximus enim non est Satan, non est lupus, non ursus, sed est homo, creatus ad similitudinem Dei, & is, pro quo Christus mortuus est. Habet quidem in se aliquot uitia, Et homines solent tantum in proximis considerare uitia. Sed virtutes excellunt uitia; Et virtutes nobis conspiciendae sunt. An non in alijs rebus tam prudentes sumus, ut quae sunt abominabilia tegamus, & quae sunt iucunda ostentemus? Cur non idem in proximo facimus? Habemus igitur in hoc paruo compendio maximum aceruum bonorum operum.

QVOD SI ALIVS ALIVM VISCISSIM MORDETIS.)

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Paulus docuit antea summam Ie-  
gis, & complexus est uno uerbo ini-  
nitam turbam bonorum operum,  
quæ pīj facere debēt, Dilectio, inqui-  
ens, est plenitudo legis, hoc est, Vno  
dilectionis uocabulo comprehendū  
tur omnia bona opera, quæ homo ho-  
mini in hac terra debet. Nunc repre-  
hendit unum genus delicti, quo ad-  
uersus caritatem proximi peccatur,  
uidelicet, Discordia, Contentio, Lis,  
Iurgia & detractiones, quas Paulus  
uocat Morsus, & deuorationes. Hoc  
uitium etsi uulgare est inter Christia-  
nos, tamen tanto grauius est pecca-  
tum, quanto est uulgarius. Primum  
enim, hoc uitio peccat aduersus cari-  
tatem seu dilectionem proximi. Cūm  
autem dilectio proximi sit plenitudo  
legis, manifestum est, q̄ hoc peccatum  
proximo contendit inuidiose, ac de-  
trahit de bona eius existimatione, is  
totam legem uiolat. Deinde, Chri-  
stus

EXPLICAT IOAN. BRENT. 247

stus Matthēi v. interpretatur illas cōtentiosas rixas, et conuictia, pro homi  
cidijs : Qui dixerit fratri suo Raha,  
obnoxius erit Concilio . Adhac, ut  
est peccatum, ita etiam affert secum  
fructum peccati, quod est suppliciū.  
Nam , qui inuidiose inter se conten-  
dunt, & mutuo sibi conuiciantur , hi  
afferunt sibiipsis detrimentum in a-  
nima & corpore . Anima occiditur  
propter peccatum, corporalia bona  
præsentī periculo exponuntur . Si a-  
lius aliū, inquit Paulus, uicissim mor-  
detis & deuoratis, uidete ne uicissim  
alius ab alio consumamini . Cōtentio  
nibus enim & conuicijs , alius alium  
cōiicit in pericula facultatum, famæ,  
& uitæ . Quid enim ? Si qui mutuis  
conuicijs certant, et alter alterum ne  
bulonis nomine infamat , fieri solet,  
ut auditores utruncq; talem iudicēt,  
qualis alter ab altero inuidiose infa-  
matur . Diligenter autem consyderā-  
dum est, quod Paulus uocat conui-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

tia & detractiones, morsus & deu-  
rationes. Sic & in Iob. cap. xxxi. Satu-  
rari de carnibus inimici, est inimico  
maledicere, & opprimere ipsum.  
Vocat igitur spiritus sanctus conui-  
cia & detractiones ac maledicta in  
proximum congesta, tam contume-  
lioso uocabulo, ut discamus, quanta  
sit grauitas & atrocitas huius pecca-  
ti. Iudicamus Anthropophagos, qui  
homines deuorant, esse crudelissi-  
mos, sed uidemus non illos tantum  
esse anthropophagos, qui externam  
humanam carnem deuorant, sed eti-  
am eos, qui inter se certant mutuis  
conuicijs et maledictis. Hoc enim est  
uere hominem mordere & deuora-  
re. Sed inquires, Quid faciam? Ira sa-  
penumero me ita uincit ut erumpa,  
etiam citra uoluntatem in conuicia  
& maledicta. Quid ergo faciam, ut  
caueam? Respondet Paulus, sicut  
sequitur:

Dico

EXPLICAT. IOAN. BREN. 243

DICO AVTEM, SPIRITU  
AMBULATE, ET CON-  
CUPISCENTIAM.)

Paulus iubet nos ambulare spiritu, seu fieri spirituales, ut superemus non iram tantum, sed etiam omnes alios affectus carnis. Quid ergo est ambulare spiritu? aut quid est fieri spiritualem? Nunquid est fugere in eremum, & fieri monachū? Nequam. Etsi enim fugis in monasteriū aut eremum, tamen accipis & abducis tecum carnem ac sanguinem tuum. Ideoq; comitatur te peccatum, quocunq; ieris. Quare spiritu ambulare, non significat fieri monachum & obseruare ordinē ac regulam monasticam, in cibo, uestitu, & ceremonijs: sed significat spiritu sancto facta carnis mortificare. Hoc autem sic fieri solet: Primum agnoscēda est magnitudo peccati nostri, & metuēdum est iudicium Dei, ut excitemur ad odium & execrationem peccati,

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Deinde credendum est, quod habemus remissionem peccati, & Deum propiciū propter solum Iesum Christum, qui est seruator noster, & nequaquam propter merita nostrorum operum. Hic ergo uides, q̄ hypocritæ, & Monachi, qui confidunt se meritis suis expiare peccata, nunquam ambulent in spiritu, etiamsi maxime uelint uideri spirituales. Nam spiritus sanctus hoc primum & maxime omnium exigit, ut agnoscentes peccata nostra, credamus nos nullis nostris meritis, sed propter solum Christum habere propicium Deum. Deinde, quia uerbum Dei est gladius spiritus sancti, ideo excitatis in nobis affectibus carnis, obuiādum est uerbo Dei, & retundēda est hoc gladio spiritus acies carnalium affectuum. Exempli gratia, Est quispiā, qui projicit in nos maledictum nebulonis. Hic ergo exurgit in nobis affectus carnis, & sollicitat nos ad illegitimā vindictam,

vindictam, uidelicet, ut rei<sup>sc</sup>ciamus  
conuicium in autorem, & explice-  
mus publicè omnia scelera eius, que  
nobis nota sunt. Hoc autem est hor-  
ribile peccatum. Quid igitur facien-  
dum est? Spiritu, inquit Paulus, am-  
bulate, & carnis desiderium non per-  
sicietis. Primum enim cogitandum  
est, quod solum Christus, qui propter  
nos multa cōuicia passus est, sit pro-  
piciatio nostra coram Deo. Cūm er-  
go is tot peccatorum nostrorum re-  
missionē nobis impetraverit à Deo,  
quomodo nos non remitteremus u-  
num & alterum peccatum proximo  
nostro? Deinde opponēda sunt huic  
affectui, precepta Dei, Non occidas,  
Mea est ultio, ego rependam. Item  
objicienda est oratio dominica, Re-  
mitte nobis debita nostra. Hæc enim  
sunt gladius spiritus, quo possumus  
desyderia carnis mortificare, si mo-  
do utamur hoc gladio in fide. Aliud  
exemplum, Affecit te aliquis dam-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

no. Caro igitur suggesterit, ut uicissim  
inferas ei damnum. Sed Paulus dicit,  
Spiritum ambulate. Primum enim at-  
tollendi sunt oculi in Christum, quod  
is impetraverit nobis gratis remissi-  
onem peccatorum, cum nos multa  
damna tam Deo quam proximo in-  
tulerimus. Deinde arripiēdus est gla-  
dius spiritus, quod est uerbum Dei,  
Dilige proximum sicut te ipsum. Ne  
resistatis malo. Aliud: Egestas te pre-  
mit, & offertur occasio decipiendi  
proximi, ut emungas ab ipso pecuni-  
am. Hic hortatur te caro, ut seponas  
interim animam post fornacem, Sed  
hoc est magnum peccatum. Quid er-  
go facias: Spiritu, inquit Paulus, am-  
bulate. Primum enim credēdum est,  
quod Deus sit nobis propicius pro-  
pter solum Christum, qui etiam im-  
petravit, ut Deus sit Pater & nutri-  
cius noster. Deinde obīciendus est  
huic affectui gladius spiritus, quod  
est uerbum Dei, Non fureris: Fures

&

**EXPLICAT. IOAN. BREN.**

& impostores non accipient hereditatem regni Dei. Item, Si non audieris uocem Dei, maledictum erit horreum. Item oratio dominica, Panem nostrum quotidianum. Item, Primus querite regnum Dei, tunc omnia adhucientur uobis. Quod si affectui dominaris hoc gladio, tunc uerè dices spiritu ambulare. Ceterum quod Paulus ait, Concupiscentiam carnis non perficietis, significat nos in hanc uita posse quidem per spiritum sanctum efficere, ut non perficiamus concupiscentiam carnis, sed non posse efficer, ut nullam concupiscentiam habeamus. Hæc enim manet, quamdiu caro & sanguis manet. Ac per se quidem est peccatum damnans, sed non imputatur his, qui sunt in Christo, hoc est, qui credunt in Christum, & non ambulant iuxta carnem. Vide Rom. vii. & viii.

**NAM CARO CONCUPISCIT  
ADVERSUS,**

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Admonuit Paulus Galatas, ut spiritu ambulent, ne perficiant defylaria carnis. Nunc describit pugnā carnis & spiritus: Caro, inquiens, concupiscit, &c. Primum obserua Paulum hīc loquī non de impijs, & ijs, qui pr̄sus obruti sunt dominio peccati, Hī enim carent spiritu sancto, nec sentiunt pugnam eius cum carne, sed loquitur de pijs, qui sunt spiritu sancto præditi. Hisunt in perpetua militia, & pugna, quamdiu uitam agunt in hoc mūdo. Deinde per spiritum, hoc loco, non est intelligenda humana ratio, sed spiritus sanctus. Humana ratio dicitur quidem hortari ad optimam, sed hoc intelligendum est de uitutibus ciuilibus, etsi interdum etiā hac in parte à Satana opprimit. Nam quod attinet ad ueram iusticiam coram Deo, ibi humana ratio, peccato excæcata, hortatur potius ad pessimam, uidelicet, ad incredulitatem & desperationē, quam ad optimam. Spiritus

**EXPLICAT. IOAN. BREN.** 251

tus sanctus autem est, qui hominem  
ad uera & cœlestia bona hortatur.  
Præterea, per carnem non est hoc lo-  
co intelligendus crassus tantum affe-  
ctus libidinis carnis, qualem sentiunt  
plærūc adolescentes, sed est intelli-  
gēdus totus homo cum omnibus ui-  
ribus suis. Totus enim homo per  
peccatum ita uiciatus est, ut semper  
pugnet cum Deo, tam in ratione, &  
uoluntate, quam in crassioribus affe-  
ctibus, quemadmodum postea enu-  
merantur affectus carnis, hoc est, to-  
tius hominis, per peccatum uiciati.  
Itaq; Caro, hoc est, totus carnalis ho-  
mo, cōcupiscit aduersus spiritum san-  
ctum pijs donatum, & uicissim spiri-  
tus sanctus concupiscit & pugnat  
cum toto homine & omnibus eius  
uiribus. Et hæc cōtinua pugna facit,  
ut non perficiamus ea bona, quæ libē-  
ter faceremus. Hic locus cōuenit cū  
eo, qui est Roma. viij. Dixi autem an-  
tea, quòd hic locus intelligendus sit,

IN CAP. V. EPIST. AD GAL

non de impijs, qui non sentiunt hanc pugnam, quia carent spiritu sancto, sed de pijs. Videamus igitur exemplis, quomodo haec pugna fiat. In fame & penuria, inuocat pius Domnum Deum suum, per Iesum Christum. In hac inuocatione & fide, caro pugnat cum spiritu, & spiritus cum carne. Nam caro sollicitat orantem ad dubitationem: Quid inuocas Deum? Non audit te, Indignus es quia exaudiaris. Quid si nullus Deus esset? Quid si promissiones eius essent vanæ, quando manifestè uideas contrarium? Haec suggerit caro. Contraria uerè spiritus sanctus, docet uerè Deum esse, Deum uerè exaudire, & adiuuare afflictos. Aliud exemplum. Moriturus commendat spiritum suum in manum Dei. Hic caro suggerit: Quid si non esset alia uita post hanc uitam? Quid si homo periret unam cum corpore? An est Deus in celo, qui excitet mortuos? Haec sunt

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 293

sunt carnis cogitationes, quæ iniiciuntur in animū morituri. Contrā spiritus docet reliquum adhuc esse seculum, in quo seruentur pīj per Iesum Christum. Aliud exemplum. Proponitur pio occasio furandi aut decipiēdi proximi. Hic caro pugnat cum spiritu, & sp̄ritus cum carne. Caro dicit, Decipe proximum, quia nemo uidet, & Deus est misericors. Cūm satis opum congregaueris, tum incipe probus esse. Sed sp̄ritus alio uocat. Hic ergo uides perpetuam pugnam carnis & sp̄ritus in pījs. Fuerūt quidam superstitionis, & adhuc sunt, qui putant se non haberi coram Deo iustos, si sentiant in se cupiditates carnis. Ideoq; uarias rationes excogitārūt, quibus excuterent ac eradicarēt prorsus cupiditates carnis: sed hoc est impossibile in hac uita, quia cupiditates oriuntur ex peccato originali, quod nobis semper inhæret. Etsi enim peccatū originis remittitur pro-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

pter Christum, tamen actus eius manet in homine, dum homo fuerit in hac terra. Non igitur conandum est, ut simus absq; cupiditatibus carnis, sed ut cupiditates non dominantur in nobis. Ex hoc item loco uides causam, propter quam nostra bona opera non sint meritoria uitæ æternæ, quia propter hanc pugnam, nō sunt perfecta iusticia.

QVOD SI SPIRITV DVCIMINI,  
NON ESTIS SVB LEGE.)

Dixit Paulus perpetuam pugnâ esse carnis & spiritus, in pñs. Et hæc pugna, causa est, quod pñ non possint facere opera perfecte bona. Hæc, inquiens, sibi mutuo aduersantur, ut non quæcunq; uolueritis, faciatis, hoc est, ut non faciatis perfectam iusticiam, quemadmodum cuperetis facere. Qui enim uerè pñ sunt, ardent amore iusticiæ, & hoc unum in uotis habent, ut possent perfec-

EXPLICAT. IOAN. BRENT.

fecte bona opera facere, sine omni uitio & rebellione carnis, sed propter carnem & peccatum originis, non possunt. Velle quidem, inquit alias, adest mihi, perficere autem non inuenio. Quid ergo ad haec dicemus? Sine p*n*j quidem possunt facere perfectam iusticiam, an non & ipsi, sicut impij, sunt maledicti & damnati? Lex enim concludit omnes, qui non faciunt perfectam iusticiam, sub maledictione & damnatione. Ad hoc respondet nunc Paulus, Si Spiritu ducimini, non estis sub lege, hoc est, si gubernat uos spiritus sanctus, non estis sub maledictione & damnatione, etiam si non faciatis perfectam iusticiam. Observabilis doctrina, quæ tanto diligentius est animaduertenda, quanto fœdius uera Eu*g*elij doctrina fuit ab impijs monachis conspurcata. Nam senserunt hominem in hac uita, aut posse perfectam iusticiam facere, Vnde & uendiderunt

IN CAP. V. EPIST. AD GAL

sua opera supererogationis : aut si non fecerit, necesse habere alios homines sua in ipsum merita & opera supererogationis conferre. Haec est impia doctrina . Et si enim lex exigit perfectam iusticiam, & nos debemus eam facere, tamen propter carnem non possumus eam facere . Quomodo ergo seruamur ? Si spiritu, inquit, ducimini, si regit & dominatur in uobis spiritus sanctus, tunc non estis sub lege, non estis obnoxii male-dictioni & damnationi, qua lex deuuet hos , qui non faciunt perfectam iusticiam . Sed quid est, si spiritu ducimur, aut si spiritus dominatur in nobis ? Hi ducuntur spiritu, primum, qui habent spiritum fidei in Christu, & credunt, quod solus Christus sit iustitia et sanctificatio ipsorum . Hoc opus spiritus ante omnia necessarium est . Deinde qui uirtute spiritus sancti per uerbum Dei procedunt obuiam cupiditati carnis, & compescunt eam,

eam, ne proferat malos fructus, seu  
ne erumpat ad facienda externa ope-  
ra mala. Exempli gratia . Abraham  
proficiscitur ad sacrificandum filium  
suum iuxta præceptū Domini . Hæc  
est quidem obedientia erga Deum,  
sed non est perfecta iustitia , quia ca-  
ro multa uitia inijsiebat in hoc bonū  
opus. Nunc cogitabat, Quid si Deus  
non præcepisset hoc ? Quid si nō es-  
set uerbum Dei ? Item. Quid si Deus  
deciperet te ? & cùm antè promise-  
rit multiplicationem seminis , nunc  
esset mendax. Et iterum. Quomodo  
sieri potest , ut Isaac conseruetur in  
morte ? Ac rursus . Quid facies ? Ita  
ne committes parricidium ? fies ne  
crudelis tyrānus amicissimi tui filij ?  
O si liceret mihi seruare unigenitum  
filium meum . Vides quāta uitia sint  
in hoc bono opere , uidelicet , Incre-  
dulitas , Dubitatio , Repugnantia ani-  
mi , quæ certe uitia magna sunt , & ar-  
guunt Deum mendacij , atq; crudeli-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

tatis. Si ergo Abraham tanta peccata designauit, etiam in bono opere, quomodo, obsecro, saluatus est? Si spiritu, inquit, ducimini, nō estis sub lege. Abraham ductus est spiritu, pri-  
mum, quia credidit semen ipsi pro-  
missum, uidelicet Christum, esse iu-  
stitiam & benedictionem suam co-  
ram Deo: deinde compescuit ex uer-  
bo Domini illas carnis cupiditates,  
ne retraherent ipsum ab obedientia,  
sed sectaretur uocationem Dei, re-  
bellante etiamnum carne. Aliud ex-  
emplum, Petrus captus est propter  
Euangelion, et ductus ad crucem. In  
hac captiuitate nō amplius quidē ne-  
gat Christum, quēadmodum antea  
in atrio Caiaphæ, non fuit autē perfe-  
cta obedientia, sicut Christus inquit,  
Cūm senueris, extēdes manus tuas,  
& alius te cinget, & ducet quo non  
uis. Petrus enim non est crucifixus  
uoluntario animo. Maluisset liber es-  
se, & in uita manere. Item cogitabat,

Quid

Quid si regnum Christi euanisset,  
propterea quod non iuuat Aposto-  
los, sed sinit ipsos gladijs aduersario-  
rum trucidari? Item, Quid si reuoca-  
res & recatares Euangelion tuum?  
Tunc enim non solum euaderes mor-  
tem, sed etiam consequeris gloriam  
apud Iudeos & Ethnicos. Hæc & a-  
lia uitia fuerunt in Petro. Quomodo  
igitur seruatus est? Si spiritu, inquit,  
ducimini, non estis sub lege. Petrus  
ductus est spiritu: Primum, quia cre-  
didiit solum Christum esse seruato-  
rem, & iusticiam suam. Deinde, com-  
pescuit & uicit per uerbum Dei &  
spiritum sanctum omnes carnis cupi-  
ditates, ut etiamsi animus non esset  
uoluntarius ad sufferēdam crucem,  
tamen maluit eam sufferre, quam  
Christū negare, aut uocationi Chri-  
sti non obedire. Idem sentiendum est  
de omnium piorum operibus. Huc  
pertinet quod ad Ro. viij. scribit, lu-  
stificatio legis impletur in nobis, qui

IN CAP. V. EPIST. AD GAL

non secūdum carnem uersamur, sed  
secundum sp̄itum. Cæterum, quia  
Paulus dixit de pugna carnis aduer-  
sus sp̄itum, ideo enumerat nunc cu-  
piditates & opera carnis, atq; sp̄iri-  
tus. Manifesta sunt, inquiens, opera  
carnis, quæ sunt hæc, adulteriū, scor-  
tatio, immunditia. Grauiſſimæ sunt  
cauſæ, propter quas Paulus tam dili-  
genter enumerat opera carnis. Vna  
est, ut pij agnoscant lernam malorū,  
quæ in carne ipsorum latent: Nam  
quæ Paulus hīc enumerat, ea etiā pij  
non designant operibus externis, ta-  
men gestantur interna cupiditate in  
carne, quia caro naturaliter caret sp̄i-  
ritu sancto. Vbi autem non est sp̄iri-  
tus Dei, ibi est mare peccatorū, quia  
ibi dominatur Satan. Et scio, inquit  
Paulus, quod non habitat in me, hoc  
est, in carne mea bonum. Altera est,  
ut impij agnoscant, quæ sint illa pec-  
cata, propter quæ merito coniuncti-  
tur in perpetuum gehennæ ignem.

Nam

**EXPLICAT. IOAN. BREN.**

250

Nam impij, & si grauiter peccant, tam  
en sentiunt ea peccata, quia sunt  
vulgaria, non esse digna eterno sup-  
plicio. Sed Paulus addit grauissimā  
sententiam: Qui talia agunt, regni  
Dei hæredes non erunt. Quare in-  
tuendum est in hunc locum, ueluti  
in tabellam, quam uocant, confessio-  
nalem, ut ex ipso discamus agnosce-  
re, quanta sit lerna malorum in car-  
ne, & quam grauia iudicentur pecca-  
ta coram Deo, quo excitemur ad in-  
quirendum Christum, atq; ad obse-  
quendum uocationi Dei,

**MANIFESTA SVNT OPE-  
RA CARNIS.)**

Paulus recenset nominatim quæ-  
dam opera carnis, ut ex his intelliga-  
mus, quam peruersa sit carnis natu-  
ra. Homines enim priuati spiritu san-  
cto, ita excæcati sunt, ut non videant  
magnitudinem peccati sui: Qirare  
proponitur ea nobis cognoscenda.

## IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

ex fructibus eius. Sicut enim arbor  
uel bona uel mala cognoscitur ex  
fructibus suis, ita magnitudo pec-  
cati in homine cognoscitur ex ope-  
ribus carnis. Opera igitur carnis  
sunt, Adulterium, scortatio, immu-  
nitia, lasciuia. Adulterium est im-  
pudicitia, quæ designatur cum alie-  
na uxore. Scortatio, impudicitia, quæ  
committitur cum muliere libera. Im-  
mundicia, est impudicitia quæ fit ta-  
ctu. Lasciuia, græcè ἀσέλγια, est hor-  
ribilis & fœda illa impudicitia, quæ  
committitur contra naturam. Mani-  
festum autem est, q̄ hęc scelera com-  
mittantur inter homines. Testantur  
ueteres scriptores hęc uitia semper  
fuisse in orbe terrarum. Et sacræ lite-  
ræ haud obscure significat, quòd ho-  
mines hęc scelera, uidelicet adulte-  
ria, scortationes & incestus designa-  
uerint ante diluvium. Viderunt, in-  
quit scriptura, filij Dei filias homi-  
num, quòd essent pulchræ, accepe-  
runt

runt sibi uxores, hoc est, non seruauerunt naturalem honestatem coniugij. Idem etiam leges indicant, quæ in unaquaç Rep. bene instituta, aduersus adulterium latæ fuerunt. Ex malis enim moribus bonæ leges procreantur. Nisi homines designassent adulteria, non fuissent institutæ leges de adulterio. Quare hæc genera impudicitiae semper fuerunt inter homines, semperq; erunt usq; ad no viissimum diem. Et quia sunt manifesta scelera, ideo testantur magnitudinē peccati in homine, seu carne hominis. Dices autem: Etsi semper inter homines fuerunt adulteri, scortatores, immundi & lascivi, tamen multi etiam fuerunt honesti homines, qui coniugia & cælibatum suum sancte seruauerunt. Nō possunt igitur hæc scelera probare humanam carnem esse uiciatā. Respondeo, Fateor fuisse & esse multos honestos maritos & cælibes, nihilominus tamen, quia

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

hæc scelera uulgaria sunt inter homines, perspicue testantur, non habitare bonum in carne cuiusvis hominis, quantumcumque honesti. Inter arbores pomorum, non omnes ferunt poma, attamen quia multæ ferunt, testantur quod omnes arbores pomorum habeant naturam ferendorum pomorum. Inter lupos non omnes deuorant oves, sed quia hi lupi, qui habent occasionem, appetiunt oves et dilaniat eas, idcirco proditur natura luporum. Et ob hanc causam, etiam catuli luporum trucidantur, etiam si nondum per etatem oves rapere potuerint. Sic & de hominibus sentiendum est, quod etsi non omnes sunt externi adulteri, tamen omnes homines habent intra carnem cupiditates peccati adulterij, & reliquarum immundiciarum. Dicit enim scriptura: Omnis homo mendax. Et iterum: Non iustificatur in conspectu tuo omnis uiuens. Ac rursus, sumus

mus natura filij iræ. Item, Ego sum carnalis, uenditus sub peccatum. Ergo, inquies, omnes homines sunt dānati, Quia Paulus addit, Qui talia agunt, regni Deihæredes non erunt. Recte dicas. Omnes homines sunt natura damnati, quia sunt adulteri, scortatores, immundi & lascivii, si nō externo opere, tamen cupiditate carnis, ex eo q̄ caro priuata est spiritu sancto, sed non omnes manent in dānatione. Faciemus igitur docēdi gratia quatuor ordines adulterorum, ut uideamus, quis horum maneat in dānatione, & quis eorum seruetur. Primus ordo adulterorum, est eorum hominum, qui habent quidem cupiditatem carnis, seruant autem honestatem coniugij, & ducunt pudicam uitam, tam extra quam intra coniugium. Sed non credunt in Christum, nec agnoscunt eum seruatorem suū. Hi adulteri pereunt, & manent in damnatione, nisi susceperint Christū.

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

fide: quia ubi nō est Christus, ibi nūl-  
la est remissio peccati, & est certa dā-  
natio. Secundus ordo adulterorum  
est eorum, qui cùm habeant adhuc  
naturalem cupiditatem carnis, & ser-  
uent honestatem coniugij, ac secten-  
tur pudicitiam, credunt etiam in Ie-  
sum Christum, quem pro seruatore  
per fidem agnoscunt: hi adulteri qui-  
dem sunt carne sua, quia adhuc ha-  
bent sensum peccati, sed quia credūt  
in Christum, idcirco non manent in  
damnatione. Seruantur enim per  
Christum, qui recōciliauit ipsos cum  
Deo Patre. Tertius ordo adultero-  
rum est, qui non solum habent cupi-  
ditatem carnis, sed sinunt etiam car-  
nem dominari, & designant externa  
adulteria, nec agunt poenitētiā, sed  
pergunt quacunq; occasione scelera  
sua sectari. Hi adulteri sunt damnati,  
& quia non resipiscunt, manent etiā  
damnati, De quibus Paulus proprie-  
loquitur, cùm ait, Qui talia agunt,  
non

non erunt hæredes regni Dei. Quar  
tus ordo adulterorū est eorum, qui  
designarunt adulteria externis ope-  
ribus, sed resipiscunt, qualis fuit Da-  
uid. Hi etsi meriti sunt damnationē,  
tamen quia resipiscunt in Christo,  
non manent in damnatione, sed ser-  
uantur per Christum. Habes igitur  
quatuor ordines adulterorum & im-  
pudicorum: Nec ullus est hominum  
in tota terra, qui nō in aliquo horum  
ordinum cōtineatur. Duo autem or-  
dines seruantur, reliqui manent in  
damnatione. Cæterum, non possu-  
mus quidem in hac terra cauere, ut  
non habeamus cupiditates carnis, et  
ne simus adulteri coram Deo, possu-  
mus autē cauere, ne hac cupiditate  
carnis damnamur, & ne internus  
adulter ferat fructum externi adulte-  
rij. Hoc autem cauetur, primum fide  
in Christum. Quare diligentissime  
discendus est Christus. Deinde legi-  
bus, honesto consortio, sobrietate, fu-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

ga à malis, ab omni occasione impudicitiae, & meditatiōe uerbi Dei. Spīitu, inquit Paulus, ambulate, & de syderia carnis non perficietis. Et pau lo antè, Si spīitu ducimini, non estis sub lege.

I D O L A T R I A.

Aliud opus carnis, Idolatria. Vi demus autem hīc manifeste, quod cūm Paulus loquatur de operibus carnis, non intelligat tantum crassa illa carnis opera, quę sola uulgas carnalia putat, ut sunt cupiditates lasciuiae & libidinis, sed intelligat etiam ac maximē omnium opera humanæ rationis & præstantissimarum uiriū in homine. Idolatria enim oritur in humana ratiōe, & est tale opus, quo sapientissimi quicq; homines sordida ti sunt: sed quid dico de sapientibus tantum: Nam omnes homines habē tes carnem, hoc est, corpus et animā, (hæc enim caro dicuntur) sunt natūra idolatræ. Et unusquisq; homō ex Adamo

Adamo prognatus fert semper se-  
cum Ethnicum seu Idololatram in si-  
nu suo , donec in hac carne uixerit.  
Quod malū hæreditate accepimus  
ab Adamo , qui postquam edit cibū  
prohibitum, aperti sunt oculi eius, et  
factus est continuo idolatra, quia sen-  
sit se posse deinceps seipsum iuuare,  
nec indigere auxilio Dei. Cùm autē  
sentiret iram Dei, confugit ad peri-  
zomata, sic & omnes homines natu-  
ra sentiunt se satis virium habere pa-  
randae fœlicitatis; deinde, cùm diuer-  
sum sentiunt, cōfugiunt ad alia auxi-  
lia, & transferunt honorem Christi  
in alias res . Videamus ergo quid sit  
Idolatria. Ac principio, magnum est  
discrimen inter Impios, quos uocant  
ādōis, & inter Idolatras . Nam ādōis  
seu impij hi dicuntur, qui prorsus nō  
curāt Deum, & qui sentiunt, aut nul-  
lum Deum esse , aut Deū nō curare  
humanas res , quales sunt Epicurei.  
Et tales etiā sunt sua natura omnes

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

homines. Etsi enim humana ratio nō  
uit aliquid de Deo naturaliter , tamē  
tanta est efficacia peccati in carne, ut  
homo quod ad suas vires attinet, nō  
adhæreat constanter huic naturali  
cognitioni, id quod patet fieri solet su  
is occasionibus, uidelicet, cūm vide  
mus omnia ferri sīc inordinate, ut iū  
stis eueniānt mala, iniustis autem bo  
na. Hic autem carnis affectus uincen  
dus est spiritu, per uerbum Domini.  
Idolatráe autem dicuntur hi, qui ui  
dentur Deum colere, Deum amare,  
ac de Deo & prouidentia eius opti  
me sentire, sed transferunt diuinita  
tem ad alias r̄es, & tribuunt ea quae  
sunt solius Dei, seu filij Dei creatu  
ris , Solius Dei est seruare in morte  
propter Christum filium suum: Et  
solius Christi est placare Deū. Nunc  
si quis sentit, quod seruetur in morte  
a Deo propter intercessionem san  
ctorum , aut propter indulgentias  
Pontificias, aut propter merita ope  
rum

rum suorum, is transfert gloriam misericordiae Dei, quae est in Christo, ad sanctos, ad indulgentias & merita operum, ideoque fit idolatra. Item qui sperat se consecuturum remissionem peccatorum propter sua opera, transfert gloriam Christi ad opera, & est idolatra. Et hi sunt adhuc occulti idolatræ. Manifesti autem sunt, qui adorant sculptilia, & uenerantur statuas, ut consequantur diuina auxilia. Cæterum, sicut diximus de adulteris, ita dicendum etiam est de Idolatriis. Sunt enim quadruplices Idolatræ. Primus ordo est eorum, qui delectantur humanis uirtutibus, & putant eas nonnihil facere ad consequendam felicitatem, ac placet eis uoluptate quadam externus cultus Dei, quo homines consequantur gratiam Dei. Interim autem non adorant sculptilia, & tamen non agnoscent Christum uerum redemptorem, etsi honestam ducunt uitam, quales fuerint.

IN CAP. V. EPIST. AD GAL

multi Pharisei, & honesti inter Ethnicoſ. Hi quia abſcp Christo ſunt, dānantur. Secundus ordo eorum, qui delectantur quidem ſuis uirtutibus, & arridet eis externus cultus Dei, ut conſequātur in ipſo gratiam Dei, agnoscunt autem Christum, cuius ſpiritu compescunt hanc carnis cupiditatē, & querunt tantum in Christo gratiam Dei, per fidem. Fieri enim non potest, ut ſi quis aliquid recti egerit, non delectetur eo facto, & occulte polliceatur ſibi eo merito gratiam Dei. Hæc eft interna & naturalis idolatria, omnibus agnata, quæ apud Ethnicoſ non iudicatur pro peccato, ſed commendatur. At uera pietas exigit, ut cùm omnia ſerimus, quæ debuimus, dicamus, ſerui inutiles ſumus. Et, Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc non ſum iuſtificatus. Tertiū ordo eorum, qui & in corde ſentīunt ſe miereri gratiam Dei ſuis operibus, & extero no opere

opere declarant illud adoratione statuarum, Missarum aut sanctorum, Nec resipiscunt ab hoc errore per Christum : His sunt damnati. Quartus ordo est eorum, qui externis adorationibus declararunt suam internam idolatriam , sed resipiscunt in Christo, quales fuerunt primi maiores nostri, qui ab Ethnicismo uenerunt ad Christianismum , quales & nos sumus, qui cōuersi sumus ab impietate Papistica ad agnitionem uerbi Euangelij Christi. Cauendum igitur est ab Idolatria , per studium uerbi Dei.

## V E N E F I C I V M.

Aliud opus carnis, Veneficium. Differt autem idolatria à ueneficio: Idolatria enim est, cùm honor, qui tantum Deo debetur , creaturæ tribuitur. Veneficium autē dicitur opus, quo homines abutunt creatura contra ordinationem Dei, uel ad iuuandum, uel ad affligendum, quod tamē

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

creatura nec ex sua natura efficere potest, nec Deus efficere dicit, quippe quod id non ordinauerit uerbo suo, sed si id aliquid uidetur efficere, hoc sit tantum operatione Satanae. Vnaquaevis enim creatura habet suam propriam naturam, habet suum officium, ad quod diuinitus est ordinata, ut sol est ordinatus ad illustrandum & calefaciendum aërem, ut terra fœcundetur, & ad patefaciendam maiestatem creatoris. Herbe ordinatae sunt partim in cibū, partim in medicinam. Quare si quis creaturam transfert extra aut contra suum officium, sine uerbo seu mandato Dei, uel ad medēdum, uel ad perdēdum, is designat φαρμακείαν, hoc est, ueneficium. Nam si Deus iubet aliquarēuti, non est ueneficium, sed beneficium, etiam si res illa per se non sit in eum usum ordinata. In Exod. Moses percutit mare uirga, & diuiditur. Hoc non fuit ueneficium, sed obediē

tia erga Deum. Etsi enim uirga non erat naturaliter ad hoc ordinata, ut diuideret aquas, tamē habebat tunc mandatum Dei. Sic Exod. xv. amara aqua dulcescit ex ligno īiecto, quia uerbum Domini iubebat lignum ī̄cere. Sic Elizaeus mittit sal ī fontē Hierichontinū, & fons sanatur. Dominus enim sic precepérat. Christus quoq; accepit lutum, & medicatus est oculis cæcorum. Hæc non fuerūt impia ueneficia, sed diuina miracula. Sed si quis absq; uerbo Dei, ex mera sua superstitione aut excogitatione abutitur creatura contra naturam suam, ad medendum aut affligendū, is dicitur ueneficiū facere. Videamus aliquot exēpla. Mos fuit Ecclesiasticus, ut in die Assumptionis Mariæ consecrarentur herbæ, & in die purificationis lumina. His herbis quidam abusi sunt, ad effugandos dæmones, in tēpestatibus. Item usi sunt his luminibꝫ ad expellendos dæ-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

mones è puerperijs. Hæc sunt ueneficia, quia herbæ & lumina non sunt in hoc diuinitus creata, nec habent uerbum Dei, quod iubeat sic uti. Itē, Nonnulli usi sunt principio Euange- j
lii Ioannis ex collo pendentí aduersus maleficia ueneficorum. Sed hoc est ueneficium, quia Euangelion Ioannis non est ordinatum, ut ad talem usum ex collo gestetur, sed ut audiatur & credatur. Alij usi sunt trifolio, quod constabat ex quatuor folijs, cōsecrato pér Missas, aduersus iictus gladiorum. Innumera sunt genera et exempla ueneficiorum. Et ad impia illa ueneficia multam occasiōne de- derunt Papisticæ consecrationes in Ecclesia. Nam singulis dominicis diebus consecratus est sal & aqua, quibus postea homines abusi sunt ad suas superstitiones. Nam ueteres uoluerunt fortassis admonere Eccl̄iam, ut cibum cum gratiarum a- ctione sumerent. Sed Papistæ tran-  
stule-

stulerunt hunc ritum in consecratio-  
nes & adiurationes , ac senserunt se  
salem & aquam benedicere , ut per  
ea effugentur dæmones . Hæc est  
magna impietas, & execrabile uene-  
ficium: Omnia enim munda sunt mū-  
dis. Et omnia cum gratiarum actione  
sumenda sunt, quippe q̄ benedican-  
tur per orationem & uerbum Dei,  
in legitimum suum usum , non au-  
tem coniurari debent in abusum , &  
in ueneficium. Maximus autem o-  
mnium abusus fuit signi crucis inter  
homines . Nam homines senserunt,  
signum crucis manuum motione fa-  
ctum, ualere ad omnes benedictio-  
nes, & ad effugandos omnes cohor-  
tes dæmonum. Hoc est ueneficium,  
Et si enim in repētīnis terroribus ali-  
quoties etiam pīj utunt̄ signo crucis,  
non tamen utunt̄ ad effugandos dæ-  
mones, aut ad consequendā per illud  
bñdictionē, sed ad testificandū suum  
terrorem , quemadmodum quondā

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Iudæi dissidence uestium, significarunt motum animi sui. Nam signum crucis manu factum, nō est in hoc institutum diuinitus, ut expellat dæmonem, & afferat nobis sua uirtute salutem. Et tamen hæc superstitione habuit suam originem ex pia doctrina, sed male intellecta. Dictū enim est à pñs doctoribus, cricem Christi esse salutem nostram. Hoc sic intelligendum est, quod Christus crucifixus attulerit nobis morte sua salutem. Imperiti autem & superstitione transstulerunt illud ad externum signum crucis manu formatum. De Constantino scribitur, quod fuerit in somno admonitus, ut pugnaturus aduersus hostes, pingat in uestilla sua hoc signum. Et auditā est vox dicens: In hoc uince. Videtur autem hæc figura habere formam crucis, sed significat hanc dictiōnem (Christus). Victoria igitur Constantini per hoc signum multam dedit

dit occasionē superstitionis abutendi signo crucis. Et tamen si uera est hi-  
storia, Constantino indicatū fuit hoc  
signum, non q̄ propter ipsum conse-  
queretur uictoriā, sed ut uexilla ha-  
berēt certa signa, & aliena ab impījs  
& persecutoribus Ecclesiæ Christi.  
Sed quis oia genera superstitionum  
et ueneficiorum, pr̄esertim etiam ea,  
quibus utuntur mulieres maleficæ,  
quas uocant sagas, enumeraret: Ob-  
seruandum igitur est, q̄ quemadmo-  
dum suprà diximus de adulterio &  
idolatria, ita etiam nunc dicēdum est  
de ueneficio, q̄ unusquisque natura  
sua afferat secum ueneficum in hunc  
mundum, quia in grauibus afflictio-  
nibus, cupiunt homines sibi subueni-  
ri, si non per legitima, certe per illegi-  
tima, si nō per medicinam, certe per  
ueneficia, si nō per Deum, certe per  
diabolū: Flectere si nequeo superos,  
acheronta mouebo. Et quanq̄ p̄ij re-  
pugnant, tamen naturā non possunt

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

expellere. Quare semper gestant se  
cū ueneficū in carne & sanguine. Hī  
autem, qui cedūt cupiditati naturali,  
& utuntur ueneficijs, designant hor  
rēdum peccatum, quod Deus punit  
prīmū, maledictionibus et supplicijs  
huius seculi. iij. Reg. ix. Propter ue  
neficia deletur familia Ahab. Et Esa.  
xxxxvij. Babylon subuertenda dicit  
propter multitudinē maleficiorū, &  
incantatorū. Deinde punit Deus ue  
neficiū æterno suppicio. Hīc enim  
dicit Paulus: Qui talia agunt, non ac  
cipient hæreditatem regni Dei. Vta  
mur igit̄ creaturis iuxta uerbū Dei,  
& officiū eorum, ad quod ordinatæ  
sunt diuinitus. Quōd si nulla creatu  
ra potest nobis ordinariè auxilium  
ferre, expectemus auxilium à Domi  
no Deo nostro, qui nunquam dere  
linquit sperantes in se.

INIMICITIAE.)

In tractatione de inimicitia consy  
derandum est, quōd homines habe  
ant

ant naturalem inimicitiam aduersus se inuicem , & recte à quibusdam dicitur : Homo homini lupus, uel ut alij , Satan . Non loquimur autem nunc de homine , ut bona Dei creatura . Nam Deus creauit initio hominem rectum, bonum, iustum, ad similitudinem uidelicet suam , Et in hac creatione, homo conditus est ad inutuum amorem . Postquam autem peccauit, & factus est obnoxius spiritui Satanæ, tunc Satan suscepit dominationem hominis , & inspirauit carni suum ipsius amorem , ex quo statim constat naturalis inimicitia aduersus alium hominem . Satan enim nulli fauet synceriter : Tales autē efficiunt subditos suos, qualis ipse est . Quare inspirat omnibus hominibus inutiam inimicitiam : Hæc durat in carne & sanguine , quamdiu uiuimus . Ideoq; oportet nos agnoscere, quod semper simus peccatores coram Deo . Porro, naturalis inimicitia non

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

semper prodit sese, ut sentiatur, ma-  
net enim occulta, dū alijs homines no-  
bis benefaciunt, sed tunc maximē e-  
rumpit, cùm alius quispiā homo no-  
bis malefacit, aut cùm formidamus,  
ne alius nostram fortunam & fœlici-  
tatem impedit. Exempli gratia: Cain  
habebat naturalem inimicitiam aduer-  
sus Abelem. Non tamen prius sentie-  
bat eam, q̄ timebat, ne Abel præripe-  
ret ipsi dominationem orbis terræ. An-  
tē uidebas Cain fraterno amore cō-  
plete Abelē, sed erumpit inimicitia  
post oblationem. Esau & Jacob uident  
se magno amore complecti: Sed  
postq̄ Esau intelligit Iacobum præ-  
repturę iura primogenituræ, excitat  
naturalis inimicitia, quæ prius late-  
bat. Sic dicendū est de Iosepho & fra-  
tribus, de Saule & Dauide. Nā quē  
admodū aqua infusa calci, non infert  
calci calorem, sed inuentum excitat:  
ita homo non infert in hominem ini-  
micitiā malefactis suis, sed antea præ-  
sentem

sentem excitat. Sic et quis non iniicit  
lupo crudelitatem, sed uisa excitat  
crudelitatem antea existentem in lu-  
po. Semper igit̄ peccamus cōtra hāc  
legem, Diliges proximū tuum sicut  
teipsum, quia semper gestamus in si-  
nu nostro naturalem inimicitiam ad-  
uersus pximos. Vnde & David ait:  
Tibi solū pecco, & malum coram te  
facio. Hoc malum non semper uidet  
homo, semper aut̄ uidet Deus. Quid  
ergo nobis faciendum est? Non pos-  
sumus hanc naturalem inimicitiam in  
hac terra prorsus eradicare, & extir-  
pare. Reliquū igit̄ est ut faciamus,  
quod possumus, uidelicet, ut resece-  
mus, & compescamus. In colendis  
agris licet aliquoties zizaniā unā cū  
radice euellere, ut bonū semen semi-  
net. Sed hoc non licet in purgādo ho-  
mīne, quia quādiu homo manet ho-  
mo in hac terra, gestat secum natura-  
lem zizaniam. Quare danda est ope-  
ra, ut resecetur, si non potest penitus  
euelli.

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Resectio autem zizaniae inimici-  
tarū in carne nostra sic fieri potest.  
Primum, si crediderimus in Christū,  
tunc fit, ut non imputetur nobis pec-  
catum in carne. Deinde si exurgit af-  
fectus inimicitiae, & affectat domina-  
tionem, cōpescendus est, & manen-  
dum in uocatione Dei. Nam si fina-  
mus hunc affectum dominari, tunc  
expellimus Christū, & designamus  
peccatum, quod uocant mortale, de  
quo Paulus ait, q̄ qui tale agit, non  
habet hæreditatē regni Dei. Vide-  
mus exempla. Cain habet naturale  
inimicitiam aduersus Abel, quę & e-  
rumpebat data occasione: Debebat  
igitur Cain hanc zizaniam carnis re-  
secuisse. Quomodo: uidelicet, si pro-  
posuisset sibi promissiones & minas  
Dei: Dicebat enim Deus, Si recte e-  
geris, &c. Hoc si Cain diligenter co-  
gitasset, potuisset compescere affe-  
ctum inimicitiae: Et si quid peccatire  
liquum fuisset, Deus remisisset, si  
Cain

Cain credidisset in semen mulieris.  
Nunc autem quia laxauit frena ini-  
micitiae, ac initio ne collocutus quidē  
est cum Abelō, designauit peccatum  
mortale, deinde etiam occidit eum.  
Hoc fuit peccatum peccato adjice-  
re. Sic dicendum erit de Esau erga Ia-  
cobum. Esau laxauit frena cupidita-  
ti, & peccauit mortaliter, Jacob com-  
pescuit furorem peccati, & credidit  
in semen Abrahæ, ideo consecutus  
est ueniā peccati. Nullus hīc est ser-  
mo de ordinaria & legitima inimici-  
tia: In Psalmo dicitur, Perfecto odio  
oderā illos. Hæc inimicitia & odium  
aduersus peccatum, est legitimū  
supplicium. Quare quibus est ius pu-  
niendē impietatis, aut alterius iniqui-  
tatis, his etiam ius est declarandæ se-  
ueritatis suæ, uel taciturnitate, uel  
erubentio uultu erga impios & ini-  
quos, ut si cui obuius fiat p̄ditor pa-  
trie, aut blasphemus in Christum. A-  
liud est, si quis priuatus priuatim ab

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

alio Iæsus est, ubi nullus habet ius alterum puniendi, sed exigitur remissio seu condonatio, & benevolentia.

LIS, AEMULATIONES, IRAE,  
CONCERTATIONES.)

Quod de inimicitia dictū est, hoc idem sentiendum & dicendum erit de lite, æmulatione, &c. Etsi autem Pau-  
lus longè post facit mentionem inui-  
diae, tamen nos nunc docendi gratia, dice-  
mus primum de inuidia, quæ sicut ini-  
micitia, ita et ipsa solet esse autor ire,  
æmulationis, litis & concertationis.  
Differt autem ab inimicitia, quæ inimicitia  
ea sit, quæ concipiuntur ex aliena iniuria  
sibi illata. Inuidia autem, quæ concipi-  
tur ex aliena felicitate, quam fingi-  
mus nobis esse perniciosa. Obser-  
uandum igitur est, quæ lex Dei, cum di-  
cit: Diliges proximū tuum sicut te-  
ipsum, præcipit nobis candidum affe-  
ctū erga quemvis hominem, & exi-  
git, ut unicuique faueamus suam felici-  
tatem, etiā si intelligamus eam no-  
bis

bis esse detrimento. Exigit et hoc, ut adiuuemus quemuis ad consequendum fœlicem rerum euentū. Postq; uero Adam affectauit esse Deus, & peccauit aduersus Deum, tunc priuatus est spiritu sancto, qui est autor cādidi animi erga proximum, & successit dominatio Satanæ, qui est au- tor inuidiæ. Quare cūm omnes ho- mīnes nascant̄ in dominatione Sata- næ, habent natura sua affectum inui- diæ, qui tunc maximè sese prodit, cū aliena fœlicitas incommoda est no- stro lucro, honori, aut fœlicitati. Et hac quidem in parte homines inter se sunt similes: Vnusquisq; enim ha- bet secum natura inuidiā erga proxi- mum. Sed postea fit magnum discri- men inter homines: Alij enim non re- nascunt̄ per Christum, aut si renati sunt, abiiciunt Christum. Et hi nō so- lum habent naturalem inuidiam, sed etiam dant locum inuidiæ, ac fructi- bus eius. Nūc enim erumpunt in irā,

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

nunc in æmulationem, quæ est pertinax & virulenta ira, nunc in lites, iuria & mutuas cōcertationes. Hic ergo considera mihi, quanta sit magnitudo huius peccati, uidelicet litis, iuriorum, & cōcertationum. Primum enim Paulus dicit esse fructū carnis. Fructus autē carnis sunt īj, quorū Satān autor est. Nam quemadmodum Deus est caritas, & autor fructuum caritatis, ita Satā est inuidia, & autor fructuum inuidiæ. Necesse igitur est hoc peccatū tanto maius esse, quanto fœdior est autor eius. Deinde Paulus recenset inuidiam, iram, lites, iuria & concertationes in catalogo homicidiorū, adulteriorū, idolatriarū, et aliorū id genus grauissimorum scelerum. Etsi enim magnum est discrimen inter peccata, & aliud alio turpius est, tamen in hoc conueniunt, & oriuntur à Satana, & sunt digna æternō supplicio. Postremo hęc peccata tanta sunt, ut Paulus expresse dicat,

cat, q̄ qui talia agūt non habent h̄ere  
ditatem regni Dei. Quid ergo faciūt  
litigantes, & cōcertantes? Amittunt  
suū ius in cœlo, quod in baptismo ac-  
ceperunt, & participant h̄ereditatē  
Satanæ. Quid aut̄ potest dici magis  
īsanū, q̄ propter paruā libidinem li-  
gandi tantā bonor̄ maiestatem ab  
īcere? Nō est autem h̄ic sermo de or-  
dinarijs & legitimis cōcertationibus  
coram magistratu. Nā magistratus  
in hoc diuinitus institutus est, ut ca-  
ueant priuate lites, et cōcertationes,  
& si quis intolerabili iniuria afficiat,  
magistratus auxilium inuocet. Hoc  
p̄ijs non est illicitū; Exemplo est Pau-  
lus, q̄ aliquoties appellat ad ius Ro-  
manę ciuitatis, quod habebat à maio-  
ribus suis: aliquoties ad Cesarem, ali-  
quoties nunciat Tribuno īsidias,  
quas ei struxerāt Iudei. Act. 23. In hoc  
aut̄ casu prouidendum est īitio, ne  
dominetur in nobis affectus īnuidie.  
Paulus sine īnuidie dominatiōe accu-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

sauit Iudeos apud Tribunum, qui peper qui optauit esse anathema pro populo suo: deinde seruanda est modeftia, ne propter leue uerbulum, aut unum & alterum numulum moleftissimus magistratui. Sumum ius, summa iniuria est.

Hactenus de his, qui aut non renati, aut abiijcentes Christum, priuatim inter se litigat et cōcertant. Alij sunt, qui sunt renati in Christo, et retinent Christum: Hi etsi gestant secū naturalem inuidiam, tamen non dant ei locum, sed resecāt fructus eius spiritu sancto. Si uiderint alienam fœlicitatem, non quærunt lites, iurgia, & cōcertationes, sed lætantur & adiuuāt eam, etiam si existiment eam fore ipsius detimento. Primum enim cogitant: Deus est autor fœlicitatis. Itaque si fauet eam proximo, tu quis es, qui impedires fauorem Dei? Deinde cogitant, Proximus est membrum tuū. Itaque si ipse habet prosperam fortunam,

nam, etiam tu capies fructum eius,  
quāvis nunc uideatur tibi esse detri-  
mento. Postremo cogitant, q̄ nemo  
possit maiorem habere fortunam, q̄  
si habeat propicium Deum, & ius re-  
gni cœlestis. At hanc fortunam unus  
quisq; habere potest, etiā si ei non cō-  
tingat externa fœlicitas. Debemus  
igitur cōtentii esse hac fortuna & fœ-  
licitate, ac pro ea Dño gratias agere.

## SEDITIONES, SECTAE.

Sunt & hæc duo carnis opera. Se-  
ditio est externum bellum, quod ex  
affectu dominādi & impatientia do-  
minationis alijsq; peruersis aut de-  
prauatis affectibus aduersus legiti-  
mum & ordinariū magistratū susci-  
pitur. Hæresim aut̄ seu sectā, etsi ua-  
ria habet significata, tamen hoc loco  
sumemus, secundū quod opponit se-  
ditioni, uidelicet, q̄ sit spirituale bel-  
lum, quod uel ex ignorātia, uel ex su-  
perstitione, uel ex inuidia, uel ex alijs  
malis affectibus aduersus ueram &

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.  
catholicā sentētiā spiritus sancti in  
scripturā straditā suscipit. Videamus  
igit̄ nūc, unde initio orta sit seditio. Sa-  
tan, n. primus omniū excogitauit se-  
ditionem, & fuit seditiosus aduersus  
Deum. Cūm enim creatus esset ma-  
ximis donis ornatus, nō fuit conten-  
tus angelica maiestate, sed uoluit eti-  
am diuinā maiestatem habere. Itaq;  
mouit seditionem unā cū angelis suis  
aduersus Deum. Voluit esse Deo &  
qualis. Deinde Satan excitauit Adā-  
mū ad seditionem aduersus Deū: A-  
dam enim fuit creatus iustus, et Deo  
obediens, sed Satan sollicitauit eum,  
ut affectaret esse Deo equalis, & nō  
subditus. Aperient̄, ingt̄, oculi uestri,  
et eritis sicut dij, scientes bonū & ma-  
lum. Hac sollicitatione excitauit Sa-  
tan Adamum ad seditionem aduer-  
sus Deum. Cūm igit̄ Adam factus  
fuerit hoc peccato subditus Satana,  
& cōceperit affectum seditionis, seu  
dominationis super Deum & homi-  
nes,

nēs, transfundit hāc naturam in omnes homines à se propagatos. Itaque omnes homines nascuntur ab Adamo seditiosi. Quia homines natura sunt impatiētes imperij, & māllent esse liberi, quām aliorum dominatio nis subiecti. Eritis sicut dīj, hoc est, nulli subiecti, nullius opis indigentes. Hāc vox sonat adhuc in auribus, in carne & sanguine omnium hominū. Atque hac quidem in parte omnes homines sunt similes, usq; ad ultimū suspirium. Sed in ostentāda aut com primenda natura seditionis, magnum est discriminē inter homines. Alij enim non solum sunt hac natura prædicti, uerum etiam obsequuntur affectui eius, & concitant externam seditionem aduersus magistratum. Exemplum est Absalō aduersus Davidem, Rustici aduersus dominos suos. De his seditiosis dicit aliās Paulus: Qui in carne sunt, Deo placere nō possunt. Et Christus: Qui accipit

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

gladium, gladio peribit. Et hoc loco:  
Qui talia agunt, non accipient haere-  
ditatē regni Dei. Itaq; tales seditioni  
accipiunt sua supplicia tam externa  
q̄ eterna. Alij, et si habent naturalem  
affectionem seditionis, tamen quia rena-  
ti sunt in Christo, & habent sp̄ritum  
sanctum, dominantur huic affectui,  
& seruant tranquillitatem obedien-  
ter. Sunt & impij obedientes magi-  
stratui, sed donec uiolenter cogunt.  
Pij aut̄ seruat synceram obedientiam.  
Primum enim agnoscunt magistra-  
tum esse ordinationem Dei, & q̄ o-  
bedientia, quæ exhibet legitimo ma-  
gistratui, sit obedientia erga Deum.  
Deinde sentiunt, q̄ nemo magis indi-  
geat ope magistratus, quam Eccle-  
sia Dei. Quare libenter propter Ec-  
clesiam obediūt. Et si enim magistra-  
tus aliquoties persequit̄ Ecclesiam,  
tamen Deus admirabiliter operaf ut  
& persecutio cedat in bonum Eccle-  
siae. Postremo cogitant etiam, q̄ sedi-  
tiones

tiones non maneat impunitæ, & quod se  
ditione abiiciat Christus. Quare, ne  
amittat Christum, manent in tranquil-  
litate & obedientia; Et si quid peruer-  
sæ naturæ reliquum mäserit, condonat  
propter Christum, in quem credunt.  
Eadem dicenda erunt de Hæresi: Nā  
Satan fecit ex Adamo primū hæreti-  
cum, per mulierē. Hæresis enim est  
puerfa interpretatio uerbi Dei. Ver-  
bum aut̄ Dei est: De ligno sciētiæ bo-  
ni & malini comedas. Satan igit̄ per-  
uertit hoc uerbū, & aliter interpreta-  
tur Euæ. Quid, inquiens, putas ne, quod  
Deus tantæ sit crudelitatis, ut inuide-  
at uobis hunc fructū? Deus optime  
nouit, quod si comederitis de hac arbo-  
re, eritis dij. Cū igit̄ Deus optime uo-  
bis uelit, manifestū est, quod hoc uerbū  
suum aliam habeat sententiā, quod tu in-  
terpreteris. Ita quod mulier facta prima  
hæretica per Satanā, fecit & uirū hæ-  
reticū, Quæ natura propagata est in  
omnes homines. Nam quicqd Deus

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

homini uel præcipit uel permittit, homo natura dubitare solet, num Deus hoc præcipiat, & num hoc permittat, aut quam sententiā habeat uerbum Dei. Et hac in parte hoīes inter se similes sunt, sed postea distinguuntur. Alij enim indulgent huic affectui, & excogitat manifestā impietatē aduersus uerbum Dei, aut priuatim, ut clācularij contēptores Dei, qui etsi audiūt uerbum Dei, tñ rident in corde suo, & contemnunt illud, ac sectant̄ suas cupiditates: aut publicē, quales sunt doctores & sectatores hærescon, ut Arrius, Sabellius, Pelagius, Itē Papa & monachi, qui docent contra aperitū Euangelion, q̄ iustificemur ex meritis operū. Alij sunt, qui etsi habent naturam hæreticā, tñ subiiciunt sese manifesto uerbo Dei. Exemplum est Abrahā. Is. n. audit uerbum Dei, Offer filiū tuum in holocaustū. De hoc uerbo potuisset Abrahā disputare, num haberet hanc sententiā, q̄ debe ret

get filium mactare, & igni cōburere.  
 Potuisse alienā sententiā excogita-  
 re, sed obedīt manifesto uerbo. Sic  
 et de sacramento cōnē Dñi. Manife-  
 stū est uerbum: Hoc est corpus meū.  
 Possunt ibi uariæ esse imaginatiōes,  
 sed mens captiuanda est in obsequiū  
 manifeste huius locutionis, non pug-  
 nantis cum alijs fidei articulis. Qua-  
 re ut uitemus hæreses, articuli fidei  
 debent nobis probè cogniti esse.

E B R I E T A T E S , C O M E S S A =  
 T I O N E S . )

Inter opera carnis recensem̄ eti-  
 am Ebrietas, & Crapula. Initio aut̄  
 conſiderandum est, q̄ Paulus non  
 damnat eſum & potum sobriū. Etsi  
 enim edere & bibere uident̄ esse tan-  
 tum opera corporis, tamen possunt  
 etiā esse opera spūs. Vnde i. Cor. x. di-  
 citur, Siue editis siue bibitis siue quid  
 facitis, oīa in gloriā Dei facite. Qua-  
 re edere & bibere non damnant̄ hoc  
 loco per ſe, ſed inebrari & helluari.

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Quærit ergo, in quo præcepto Decalogi hæc continentur? Cùm n. Decalogus sit epitome omni diuinorum præceptorum, manifestum est, quod ebrietas & crapula comprehendantur etiam in quædā parte Decalogi. Ad quod ergo præceptum referenda sunt: Hoc Propheta & Christus perspicue docent. Non enim pertinent ad unum tantum præceptum Decalogi, sed in pluribus continentur. Primum, n. prohibita sunt in secundo & tertio præcepto: quia hæc duo exigunt ut nomen Domini ueneremur, & uerbum eius diligenter obseruemus. Esaias autem cap. v. de ebrietate dicit: Vnde quod consurgitis mane ad secundam ebrietatem et potandum usque ad uesperam, ut uino exstuetis. Cithara & Lyra & Tympanum & tibia, & uinum in coniuicis uestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Ecce tibi, ebrietas & helluatio faciunt ut opus Domini, quod per uerbum eius regueraunt, non obserueret, & quod uerbum Domini contem-

contemnat, quod est peccatum aduersus secundum & tertium præceptum de calogi. Quare etiam ebrietas & crapula sunt peccata aduersus eadem præcepta. Item Oseas ca. iiiij. ait: Fornicatio, uinum et ebrietas auferunt cor. Ab lato autem, hoc est, excusato corde, uerbum Domini contemnit, nec obseruat ea, qua debet, obedientia. Sic Christus Lu. xxi. Cauete ne corda uestra grauenit crapula & ebrietate, subitusque uobis ingruat dies ille tanquam laqueus: Crapula. n. & ebrietas faciunt homines securos, & contemptores uerbi Dei, quae sunt peccata non solum aduersus secundum & tertium, sed etiam aduersus primum præceptum Dei. Quare non est committendum, ut publica conuicia celebrentur in Vigilijs, ut uocant, diebus festorum, uidelicet, ne cordibus grauatis ebrietate & helluacione homines discant contemnere uerbum Dei, quod in diebus festis tractari solet. Hæc est externa tatuim di-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Sciplina: nā alioqui perpetua exigēt  
sobrietas ad obediendum uerbo diui-  
no. Deinde ebrietas et helluatio sunt  
peccata aduersus illud præceptū, Nō  
fureris. Furtū. n. est, egentibus de co-  
pia sua non succurrere. Furtum item  
est, opes suas imposturis augere. At  
qui helluant, non possunt simul ege-  
stati pauperi subuenire, & suæ gulæ  
ac ebrietati satisfacere, & aut neces-  
se habent imposturis operā dare, aut  
familiae suę necessaria uitæ subtrahe-  
re. Quare referendi sunt in catalogū  
fur. Hoc significauit Esa. cap. v. Vx  
q potētes estis ad bibendū uinū, & ui-  
ri fortes ad miscendā ebrietatē. Qui  
iustificatis impiū p muneribus. Præ-  
terea ebriosi & hellunes peccāt ad-  
uersus hoc præceptum: Nō occides,  
quia Salomon Prou. xx. dicit, Luxu-  
riosā res est uinum, & tumultuosa e-  
brietas. Et Paulus, Ne inebriamini ui-  
no, in q̄o est luxus, hoc est, immode-  
rata uita, ex qua oriunt rixæ, conten-  
tiones,

tiōes, cedes & homicidia. Postremo,  
peccāt aduersus hoc praeceptū: Non  
designes adulteriū, quia uinū & cra-  
pula incendunt ardorem libidinis. Si  
ne Cerere et Baccho friget uenus. Et  
Hieronymus dicit, Nunq̄ ego ebriū,  
castū putabo. Habes igit̄ ebrietatem  
& helluationem esse horribilia p̄ctā,  
propterea q̄ ebriosi & helluōes uno  
facto multa p̄cepta Dei violent. De-  
clarat & hoc magnitudinem horum  
peccator̄, q̄ recenseant̄ in catalogo  
scortationis, Idolatrię, ueneficij, hēre-  
feos, homicidiij, seditionis, et aliorum  
horribilium scelerum. Huc accedit  
etiam seueritas supplicij. Deus, n. pu-  
nit helluationes non solū miseria cor-  
porali, hoc est, paupertate, & mor-  
bis, sed etiam perpetuo supplicio. Di-  
cit enim Paulus: Prædico uobis, sicut  
& prædixi, q̄ qui talia agūt, regnum  
Dei non hæreditabunt. Hoc dictum  
Pauli diligenter est consyderandum,  
ut discamus timorē Dei. Initio enim,

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

ne quis existimet Paulū ioco hæc dī cere, & ista uerba nata sibi else in bucca, magna autoritate inculcat ea, Prædico, inquiēs, uobis, sicut & præ dixi. Non finxi, quod dico, sed iam an tē cognoui ē spiritu sancto, didici in tertio cœlo. Nec noua cōcionor, sed etiā antea uobis corām adnunciaui: Quare excipiendum erit uobis, ut ip sissimū uerbum Dei. Adhæc, Quod nunc dico, non ad unum tantum ge nus peccati pertinet, sed ad oīa, quæ enumerata sunt, & quæ horum sunt similia. Quis enim posset omnia uer bis explicare. Itaq; non solum homi cidiū, sed & ira digna est æterno sup plicio. Nō Idolatria solū, sed et ebrie tas punietur igni infernali. Est etiam illud obseruandū, q; Paulus loquens de regno Dei, utiſ uocabulo hæreditatis. Regnum Dei, inquit, non hære ditabunt. Vide q; circumspecte lo quā. Nam regnū Dei non est meritū nostræ iustitiæ, sed tantū est sicut ha reditas.

**EXPLICAT. IOAN. BREN.** 277

reditas. Quemadmodum enim hēre  
ditas obuenit filio non ex merito sui  
laboris; Seruus.n. plus laborat, sed  
ex natuitate aut adoptiōe, ita regnū  
Dei non daſ nobis ex merito, sed ex  
gratuita ordinatione Dei patris, q̄ si  
mus adoptati in filios Dei propter  
Christum. Et sicut filius potest exhæ  
redari propter atrocia criminā, ita e  
ciam solent peccatores exhæredari.  
Itaq̄ etsi non meremur bonis operi  
bus uitam æternam, possumus tamē  
infernū malis operibus mereri, quip  
pe quòd nō faciamus perfecta bona  
opera, Simus autem natura in pecca  
tis concepti. Quare danda nobis est  
opera, ut in obedientia maneamus,  
ne exhæredemur.

**CONTRA FRVCTVS SPI  
RITVS EST.)**

Post carnis opera enumerat Pau  
lus aliquot fructus spiritus. Primum  
aut omnium cognoscendū est, q̄ etsi  
homo prædictus est spiritu sancto, ta

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

men in hoc seculo nō mutat̄ totus in  
spiritū, sed fit quidem spūalis per spi-  
ritū, caro autem manet usq; ad mor-  
tem, et interim expurgatur à spiritu.  
Quarē hi fructus, qui enumerantur,  
non sunt in homine perfecti, sed ha-  
bent secum carnem admixtā , cuius  
tñ cupiditati repugnant, & cogunt  
eam sibi seruire . Primus fructus est  
**CARITAS**. Hęc de caritate tantū  
proximi intelligi potest . Nos cōple-  
ctemur utrancq; caritatem, tam erga  
Deum q; erga proximum : Nam qui  
credit in Christum , & accipit spiritū  
sanctum, is amat Deum tanquam pa-  
trem, & inuocat eum ex fide , tanq;  
ppicium auxiliatorē, ut obediatur huic  
mādato Dei, Diliges Dñm Deum tu-  
um extoto corde , &c. Hęc caritas  
oppugnatur uarijs modis à carne.  
Nam caro suggerit, aut non esse De-  
um, aut Deum non curare humana,  
aut Deum esse crudelem erga eos,  
qui non sunt perfecte in se iusti . Sed  
cum

EXPLICAT. IOAN. BREN. 278

cum hoc carnis affectu pugnandum  
est perpetuo in hac uita, & expurgā-  
dæ sunt cupiditates eius per spiritū,  
uidelicet, ut per filium Dei cognosca-  
mus & credamus non solum Deum  
esse, sed etiā esse propicium nostrū  
seruatoř & patrem. Alia est caritas  
erga proximum: Nam qui credit in  
Christum, et accepit spiritum sanctū  
per fidem, is amat proximū, bñ cupit  
ei ex aio, & iuuat eum quibuscumq;  
officijs potest. Nec amat tñ amicum,  
sed & inimicū: Sic n. Deus precepit,  
Diliges proximū tuū sicut teipsum.  
Habēt etiā impij caritatē aliquā pxi-  
mi, uidelicet, cognatorum et bñfacto-  
rum, sed sine fide & sine spiritu. Cū  
affectu autem caritatis pugnat caro  
in hominibus pījs usq; ad mortem,  
quia caro sibijs tātum bene cupit,  
& quem putat suā utilitati obfiste-  
re, eum summo odio psequitur. At  
caro est purganda spiritu, sectandus  
est sensus spiritus, ut cupiditatem

**IN CAP. V. EPIST. AD. GALA**

carnis resecemus, & dominemur ei.  
Est quidem caritas proximi etiam in  
pijs frigida, sed accēdenda & inflam-  
mada est per fidem in Christū. Nec  
potest alia ratione accendi. Si enim  
Christus tibi hostis suo tanta benefi-  
cia cōtulit, quid tu non propter Chri-  
stum faceres proximo? Et Christus  
in suo iudicio inquireret de caritate p-  
ximi, eamq; præcipue in testi: noniū  
fidei scrutabit. Quod uni, inquiēs, ex  
minimis meis fecistis, mihi fecistis. Se-  
cundus fructus spiritus est Gaudiū.  
Est aut̄ duplex gaudiū spiritus, Alte-  
rum corā Deo, de rebus coelestibus,  
Alterq; coram proximo, de cōmodis  
proximi. Nam scriptura sēpehortat  
nos ad gaudium & lētitiā: Lētamini  
in Dño, & exultate iusti. Exulta filia  
Zion. Gaudete in Dño, iterum dico,  
gaudete. Nō uult scriptura, ut carna-  
liter insaniamus, quale gaudiū uiden-  
tur habere ebr̄ij clamatores, sed uult  
ut conscientiam lētā coram Deo ha-  
beamus.

beamus. Nam impij nō possunt cogitare sicutia de Deo. Hypocritæ nullas habent lætas cogitationes in conscientia corā Deo, quia timēt iudiciū Dei, Nec audent eum alacriter inuocare. Pij autem semper sunt alacri cōsciēntia corā Deo, quia habēt fidem in Christum, Et ex Christo cognoscunt Deum esse patrem ipsorum, et remissa esse peccata, propter Christum. Hic fructus spiritus eo diligentius nobis considerandus est, quo Sycophantæ magis calumnianf Euangeliō, q̄ nullum fructū afferat. Atqui hīc fructus non est omnibus uisibilis, sed producit in animo corā Deo. Et certissimum est, q̄ ubi cunq; prēdicat Euangeliō, ibi sunt aliqui credentes, qui discussa tristitia animi concipiunt lēticiam coram Dño, & inuocat eum alacri corde. Hic fructus preciosior est coram Deo, q̄ cūm hypocritæ instituit sexēta monasteria & collegia sacrificioribz. Altery gaudiū est de rebus pxi.

IN CAP. V. EPIST. AD GALI

mi, uidelicet, ut nō simus tristes, cūm  
uidemus res pximi florere, sed simus  
alacres, & optemus ei omnem bene-  
dictionem. Ad hoc genus pertinet e-  
tiam tristitia, ut tristemur ex animo,  
cūm uidemus proximi incōmoda &  
interencionem. Gaudete, inquit, cū  
gaudētibus, flete cū flentibus. Hunc  
fructum nō habent inuidi. Quare ar-  
gumentum est eos carere fide & spi-  
ritu. Cæterꝝ, nec hic fructus magnā  
habet speciem corā hominibꝫ, Sed  
habet maximam coram Deo. Hypo-  
critæ iudicant hunc demum esse ma-  
ximum fructū spiritus, si quis cubet  
in terra, & in tribus diebus semel tā-  
tum cibum sumat, Hos uocant spūa-  
les. Sed hoc loco Paulus tales enumē-  
rat fructus spūs, quales quis opifex  
in suo opificio habere potest, & qui  
sunt Deo acceptissimí. Tertius fru-  
ctus sp̄iritus est Pax. Vna aut̄ est pax  
conscientiæ coram Deo, De qua ali-  
as Paulus loquitur: Iustificati ex fide,  
pacem

pacem habemus coram Deo. Ea est,  
 sicut & gaudium, q̄ simus tranquillo  
 animo in omnibus aduersis, quia sci-  
 mus nos habere Deum propicium  
 propter Christum. Altera est pax co-  
 ram proximo, & opponit litibus, iur-  
 gis, contentionibus, que supra inter  
 opera carnis enumerata sunt. Vides  
 igitur quis debeat dici spiritualis. Ha-  
 ctenus vocati sunt spirituales, qui ge-  
 stauerunt cucullas et rasuras. At hoc  
 loco discimus eos proprie dici spiri-  
 tuales, qui seruant inter se mutuam  
 pacem. Itaque tota ciuitas debet esse  
 monasterium, non quod omnes ci-  
 ues debeant gestare cucullas, sed q̄  
 debeant inter se mutuam pacem ha-  
 bere. Mutua enim pax, ut est argu-  
 mentum fidei, & fructus spiritus, ita  
 affert etiam multam utilitatem co-  
 ram Deo & hominibus.

### LONGANIMITAS.

Recensetur & longanimitas seu  
 lenitas inter fructus spiritus. Longani-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL

mitas autē ea est uirtus, qua aduersa patienter toleran̄, expectatione resi p̄fidentiæ, aut r̄eꝝ melius disponendā. Exemplis magis perspicuè indi cari potest definitio longanimitatis. Cū in Deo omnes uirtutes sint perfectissimæ, necesse est etiam longanimitatem in eo esse, imo Deus ipsa est longanimitas. Longanimitatis aut̄ est, q̄ Deus patienter tulerit mala hominum ante diluuiū, multis annis, ac tulerit ea, expectatione resipfidentiæ. Vnde & Deo propriè tribuit epithe ton Lōganimis. Psalmus ait, Lōganimis & misericors. Sic Deus tulit Pha raonis tyrannidē multis annis & quā nimiter, expectatione resipfidentiæ. Sic & Paulus ad Ro. scribens, An ignoras, inquit, diuitias bonitatis & longanimitatis Dei, q̄ bonitas Dei inuitat te ad p̄oenitentiā? Sic & Petrus iij. Pet. iij. dicit longanimitatem Dei causam esse, q̄ uniuersale iudicium diffidat. Sic & Christus filius Dei longani mis

mis fuit, cùm in cruce audit blasphemias, et nō deiecit fulmina in blasphematores, sed expectauit resipiscentiam. Vides itaq; longanimitatē dici eam uirtutem, qua sufferunt mala seu aduersa expectatiōe resipiscentiæ. Si cut ergo Deus est longanimis, ita oportet pios Deo similes esse, ac sectari uirtutem longanimitatis. Magistratus longanimis sit erga ciues, aliquoties imprudenter peccantes. Hāc uirtutem habuit Moses erga populū suum. Habuit & eam Saul erga contēptores suos, cū tñ alioqui malus rex fuerit. Similiter Dauid erga Simei, q uocauerat ipsum uirg sanguinū : sed maxime omnium Christus erga discipulos suos. Tolerauit. n. ruditatem ipsorum diu expectatione resipiscētiæ. Sic longanimis esse debet maritus erga uxorem, Vxor erga maritū, uicinus erga uicinū. Non. n. continuo extitanda est tragœdia propter unum & alterum malefactum, sed oia equa &

IN CAP. V. EPIST. AD GAL

honestā tentāda sunt, ne moueant cō  
tentioēs & discordię. Nam de his ho  
minibus, q̄ solent esse præcipitū ira  
& uindictę, nec habent uirtutem lon  
ganimitatis, ferē dicit, q̄ non sint apti  
ad mercaturā, seu inſtitoriā, nec sint  
apti ad ſuſcipiendoſ hospites. Extat  
apud Eusebiū, de Theodosio, q̄ p̄cipi  
ti furore iuſſerit nocētes & innocen  
tes occidere in Thesſalonica, ſed po  
ſtea legē tulit, ut magistratus nō exē  
quiant atroces eius ſentētias intra 30.  
dies. Quare unusq; debet ſe auſſue  
facere longanimitati. Primum. n. De  
us eſt longanimis: Oportet autē nos  
Deo ſimiles eſſe, Eſtote, inquit, per  
fecti, ſicut & pater ueſter cœleſtis  
perfectus eſt, qui ſinit ſolem ſuum o  
riri ſuper bonos & malos. Deinde lo  
ganimitas eſt fructus ſpiritus. Obedi  
endum autē eſt ſpiritu Christi, quem  
per fidem accepimus. Præterea, hæc  
uirtus utilis eſt ad conſeruandum  
Christū per fidem. Nam qui ex Chri  
ſto

sto renatus est, & omnia præcipiti fū  
tore persequit̄, is peccare solet. Pec-  
catis aut̄ ej̄cīt̄ Christus, Virtutibus  
retinetur: Quare magna est utilitas  
longanimitatis. Fieri quidem potest,  
q̄ & impius ac infidelis habeat uirtu-  
tem longanimitatis. Est enim longa-  
nimitas donum Dei, sicut prudētia,  
& eruditio. Impijs autem cōtingunt  
etiam dona Dei, & interdum præstā-  
tiora q̄ p̄ijs. Filij huius seculi pruden-  
tiōes sunt in sua generatione quām  
filij lucis: Sed quia hæc uirtus est in  
impijs sine fide, sine Christo, habet  
quidem suam cōmendationem, non  
potest aut̄ proprie Deo placere. Nā  
quemadmodum, si honesta matrona  
gestet aurum, tunc reputat̄ ornatus  
propter honestatem matronæ. Si au-  
tem scortum gestauerit aurum, tunc  
aurum habet quidem per se suā lau-  
dem, sed non reputatur esse honestū  
ornamētum, imō potius abominabi-  
le est omnibus honestis hominibus.

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Sic dicēdum etiam erit de uirtutibus  
piorum et impiorum. Quare ante o-  
mnia danda est opera, ut Christus sit  
fundamentum omnium uirtutum.

BONITAS.)

Alius fructus spiritus. Bonitas au-  
tem est, cùm quis tam uerbis q̄ factis  
proximo suo utilis & commodus est.  
Quid aut̄ sit bonitas, intelliges ex ea  
historia, quā recitat Euseb. lib. ix. ca.  
viiij. de Christianis, qui antea p̄fligati  
reuocabant, & curabant egros, ac se  
peliebāt peste mortuos. Hi Christia-  
ni, quamuis male affecti, tamen erāt  
cōmodi & utiles proximis suis, & cito  
obliuiscabant iniurias. Hanc uirtu-  
tē oportet nos sectari, quia Deus no-  
ster est summe x̄s̄oꝝ, hoc est, bonus,  
cōmodus et utilis. Adhęc fructus est  
spiritus. Non debet autem spiritus in  
nobis ociosus esse. Habes iterum o-  
pera uerè spiritualia. Nam cuculla  
non facit spiritualem hominem. Sed  
hæ uirtutes sunt spirituales.

Benignitas.

## BENIGNITAS.)

Αγαθοσύνη est beneficentia, & liberalitas, uidelicet, cùm quis liberaliter & candide alteri iuuat. Multa fit mētio benignitatis & liberalitatis erga p̄ximum in scriptura. Ac pr̄fertim Christus testāt eos recipere nos in e- terna tabernacula, q̄ nostris bñficijs adiuti fuere. Præterea affirmat se in extremo iudicio hos missur os ī aeter nū regnū, q̄ suos pauerint, uestierint, & alijs beneficijs p̄secuti sint. Diffi- cile aut̄ est de adiuuādo p̄ximo, et de dando mutuo liberaliter, uerba face re inter homines uerē pietatis negle- ctores & contemptores. Diuites. n. existimāt hoc agi, ut ipsi diuītijs suis priuentur. Pauperes aut̄ putant hoc agi, ut ipsis liceat de alienis bonis hel luari. Deinde uarie sunt sunt ratiōes excogitatæ, quibus homines existi- mauerūt se posse aliquo modo huic rei consulere, & præscribere certas regulas obseruandi huius præcepti,

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

aut faciendę huius uirtutis. Alij sen-  
tērunt hoc prēstari posse, si omnes fa-  
cultates in cōmune conferrent, et fie-  
ret ex humana uita publicū κοινόθιον.  
Hęc opinio nō solum fuit Anabapti-  
starę, sed etiam quorundam philoso-  
phorę, ut Platonis. Alij existimau-  
runt hanc uirtutem tunc prēstari, cū  
derelictis oībus facultatibus secesse-  
ris in eremum, & uictites uel aliena  
quadra, uel manuū tuaę labore. Alij  
putauerūt sibi retinendas facultates,  
& nulli quicq̄ dandum liberaliter, dū  
uixerint, sed post mortem instituen-  
das esse publicas eleemosynas. Alij  
aliud excogitauerūt: Sed his rationi-  
bus nihil potest in hac benignitatis  
& liberalitatis uirtute prēstanda effi-  
ci. Ac initio hęc doctrina non est in-  
stituta, ut diuites priueni diuitijs su-  
is, & pauperes de alienis bonis hellu-  
entur. Nec est noua doctrina, sed est  
lex naturalis, Diliges proximum tuū  
sicut teipsum. Et durauit iā inde usq;  
ab

ab Adamo. Nec p. n. Moses excogitauit eam primus, neq; Christianismus est huius doctrinæ autor, sed est indica humanæ rationi. Sicut, n. manus manū lauat, ita naturaliter afflicimur, ut alter alterq; opibus suis in necessitate adiuuet. Cùm aut sit lex naturalis, manifestum est, q; nō doceat iniustiam, sed iusticiam. In iustitia aut esset, si diuites spoliarent suis bonis, ut pauperes inde helluarēt. Deinde nō potest h̄c locū habere equalis rei diuisio, q; a non posset uel una hora h̄c partitio equalis manere, dum alijs sua conseruarent, alijs helluarent, alijs diuiderent inter paucos liberos, alijs inter multos. Non posset aut singulis horis æqualis fieri diuisio. Quis, n. hunc diuidendi laborem susciperet? Multo minus locum habet rerum communitas. Nam si fructus rerum esset communis, necesse esset, ut & labor fieret communis. Quis autem posset industriū & ignauum ad a quales

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

labores cōpellere? Quis horū p̄fēctura posset fungi, idq; in hac corrupta hoīm natura? Hęc igitur communitas est impossibilis. Porrò diuisionem rē else iuris naturalis & diuinī, significat Deus, cūm iubet Iosuā diuidere terrā Canaan, & cūm Abrahā emittat agrę ab Ephrō, Gen. xxiiij. Christiani in primitiū Ecclesia cōtulerunt sua bona in cōmune, sed quo magis multiplicatus est numerus eorum, eo minus potuit durare cōmunitas, de quo loco aliās diximus. Prēterea uirtus benignitatis non potest conseruari hac uia, si omnes facultates deserantur, & desertum incolatur. Homo n. diuinitus creatus est, ut sit animal politicū. Veteres dixerunt: Homo solitarius aut angelus, aut diabolus. Cui n. benefacies solitarius? Deinde uirtus benignitatis nō conseruatur, si in uita nulli quicq; cōmunicaueris. Post mortem autē instituas publicas eleemosynas. Nam p̄sens

præsens hæc uita eo instituta est, ut in ea alter alteri bñfaciat. Mortuus aut liber est ab humana uita. Quare unusquisq; bñfaciat proximo adhuc uiuus. Itē hoc seculum est tempus pœnitentiaæ. Ad fructus aut pœnitentiaæ attinet, proximo benefacere. Quare qui in hoc seculo nihil bñfacit proximo, is non agit ueram pœnitentiam. Quid igitur faciēdum est, ut hæc uirtus conseruetur? Hoc in genere dicit potest. Vnusquisq; retineat proprietatem suar; reç; quamdiu Dñs hoc cōcesserit, sed faciat eas communes usū et liberalitate, idq; suo ordine & modo. Primum, debet eas cōmunes facere cuin domesticis, uxore & libe ris, deinde cum seruis & ancillis, pro suo modo & proportione. Postea cū amicis, & uiciniis necessitate pressis. Quæ aut sit necessitas, cui subueniri & quantum dari debeat, non potest certis regulis exprimi. Relinquendū erit iudicio caritatis uniuscuiusq;. Po

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

stremo opes faciendæ sunt cōmunes  
etia cum extraneis pauperibus. Oēs  
enim in Christo unum sumus: Et hīc  
non est iudicandum morose. Fieri so-  
let ut cūm pauper semel in mense u-  
nam mēsuram uini biberit, exclamat  
eum esse epulonem & bibonē. Nec  
necessitas tātum iudicanda est, cūm  
iam anima sedeat intra dentes mox  
prē fame euolatura, sed necessitas in-  
telligatur ciuiliter, & unusquisq; ne-  
cessitatis descriptionem ex seipso pe-  
tere potest. Habet aut̄ hāc uirtus be-  
nignitatis multas promissiones, ac  
presertim illam, Date & dabitur uo-  
bis. Compendiaria enim uia ad diui-  
tias est dare liberaliter.

F I D E S )

Hīc initio obseruādum est, q; Pau-  
lus non loquatur nunc de fide iustifi-  
catiōis, de qua supra multa dixit, sed  
loquatur de fide caritatis, quę aut̄ est  
obseruatio pactorum & promisso-  
rum, alio nomine dicta fidelitas, aut̄  
est

est simplex & candida credulitas ditorum proximi. Dicamus primū de fidelitate: Hæc est uirtus, qua obseruantur iuramenta præstata magistratui, qua obseruantur mutua pacta & promissa inter dñm & seruum, inter cives & æquales. Loquimur autem de patribus & iuramenti licitis, quæ sine peccato præstari possunt. Hæc uirtus est fructus spiritus. Inuenitur & in his qui carent spiritu. Regulus apud Romanos nobilis est, quod maluerit ad cruciatum redire, quam fidem hosti datam fallere. Damon & Pythias tanta fuere amicitia iuncti, ut cum alterum ex his Dionysius Syracusanus interficere uellet, atque is tempus ab eo, quo priusquam periret, domum profectus res suas ordinaret, impetravisset, alter sponsorem se pro reditu eius tyranno dare non dubitaret. Appropinquante igitur die, superuenit alter eadem hora a Dionysio constituta, ut amicum

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

sponsorem liberaret. Hæc fides tam  
Reguli q̄ Damonis et Pythiæ tantum  
putata est, ut etiā conscripta sit in x<sup>e</sup>  
vñca. Et habet etiam suam laudem co-  
ram hoībus. Coram Dei autem iudicio,  
quia fuit sine spiritu, sine Christo, nul-  
lius fuit reputationis, nec potuit suos  
factores seruare. Si quis autem Christū  
per fidem habuerit, et donatus sit spi-  
ritu sancto, & ex hoc seruet fidē pxi-  
mo datam, hæc demū magna est uir-  
tus. Primum enim, est cultus Deo gra-  
tissimus: Quod idcirco obseruādum  
est, quia solemus superstitione de cul-  
tu Dei iudicare. Existimāt hypocrite  
id solū debere dici cultū Dei, si quis  
ædificet suo sumptu magnificū tem-  
plū, aut istituat publicā eleemosynā:  
Sed præcipuus Dei cultus est, serua-  
re fidē, seruare pacta & pmissa. Per-  
tinet enim ad hoc præceptū, Diliges  
proximum sicut te ipsum. Et ad illud:  
Quod tibi non uis fieri, alterine fece-  
ri. Ceteraz quanto hic cultus Deo gra-  
tior

tior est, tanto magis abominat Deus infidelitatē. Sordidissimi homines, unius numi gratia solēt uiolare fidem suam, id quod frequētissime uidere licet in contractibus. Et interim nō cogitant esse peccatū, sed putant sibili-cere, quicqd utile iudicauerint. Hæc est detestāda infidelitas. Qui in minimo infidelis est, quomodo erit fidelis in maximo? Et si nos non seruamus hominibus fidem minimarū reū, quā fronte audemus exigere ut Deus nobis seruet fidem maximarū suarū pro missionū? Christus alias dicit, Si uos remiseritis hominibus peccata sua, remittet & uobis uestra peccata cœlestis pater. Sic & hoc loco dicēdum est: Si nos seruauerimus fidem proximo, tunc Deus seruabit nobis suā fidē. Ergo ne, inquis, fides seu ueritas Dei, pender ex nostra fide! Quid ergo dicit, Nostra incredulitas nō facit fidem Dei irritā: Recte. Deus est seruans promissi, etiam si nos non serue-

IN CAP. V. EPIST. AD GALI

mus fidē: Sed nos non accipimus fructum promissionū Dei, nisi relipuerimus, & conuersi fuerimus ad fidem Dei. Fingo arcem quandam esse munitionissimam, in qua si quis habitat, tutissimus est à Turcis. Sed si fugerit ab arce & dereliquerit eam, non concidit quidē arx, sed manet adhuc per se tutum defensaculum, is autem qui fugit nō capit fructum arcis. Capiet autem iterum fructum eius, si ad arcem se recipiat. Sic sunt promissioes Dei, uidelicet, sunt turris fortissima, qui manet in eis per fidem, tutus est. Qui fugit per incredulitatem, exponitur periculis, donec redierit ad hāc turrim. Quare qui violat proximo fidem, is fugit & deficit à ueritate fidei Dei. Hæc ueritas manet quidem firma, sed qui fugit, non fruitur ea, nisi relipuerit. Paulus ad Timotheum iusta scribit: Si negamus, & ille negabit nos; Si incredulifsumus, ille fidelis manet, negare seipsum non potest: hoc est,

est, Si nos defecerimus à ueritate  
Dei, nihil proderit nobis amplius ue-  
ritas Dei, attamen manet ea ueritas  
per se firma, nec potest concidere.  
Quare qui ad eam ueritatem reuer-  
titur, iterum capiet fructū eius. Sed  
hactenus de eo, quod seruare fidē, sit cul-  
tus Dei. Deinde obseruatio fidei, est  
res necessaria non solū ad politicā so-  
cietatē, quia nisi mutuā seruemus fi-  
dem, nō potest humana societas con-  
stare, sed etiā necessaria est, ad cōser-  
uandum Christū, seu fidem in Chri-  
stum. Nam qui uiolat alteri fidem,  
quemadmodum iam dictum est, is  
expellit Christū, imo fugit & deficit  
à Christo. Non enim manet Christus  
in infido & pacta non seruante.

Secūdo, fides in hoc loco Pauli in-  
telligi etiā potest pro simplice & can-  
dida credulitate dicatorum alterius,  
sicut Paulus ait: Caritas omnia cre-  
dit. Debet autem hæc simplex cre-  
dulitas esse prudens. Vetus dictum

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

est, μέμνυσο ἀπίστου, hoc est, memeto,  
ut non cuius credas. Hoc, si recte in-  
telligatur, non est contrariū huic uir-  
tuti fidei. Nā simpliciter cuius bono  
uiro credēdum est, sed ita, ut interim  
nō negligas tuam uocationē, nec im-  
prudēter pecces. In iudicio, iudex de-  
bet credere simpliciter & cādide, a-  
ctori recitati suā causam contra reū,  
Sed ita, ut interim non decernat, nec  
pronunciet sententiam, nisi audita al-  
tera parte. In audiendis testimonijis  
simpliciter est credendum testi, sed i-  
ta, ut interim consyderentur etiam  
circumstantiae personarum, & exa-  
minentur dicta testimoniū.

Credendum est, sed non cōfiden-  
dum hominibus. In cōuiuījs alter ob-  
loquit alteri absenti, & spargit de eo  
malum aliquod crimen. Quid hīc fa-  
ciendum est: num simpliciter est cré-  
dendum narratori: iuxta illud, Car-  
itas oīa credit: Dixi, bono uiro ita cre-  
dendum esse, ut tñ nō pecces. Pecca-  
tum

tum autē est, male de proximo suspi-  
cari, & proximū nondum auditum  
condemnare. Quare non est creden-  
dum oblocutori. Sentiendū quidem  
est, oblocutorem nō excogitasse mē-  
daciū, sed audiuisse fortassis ex a-  
liquo nugatore, hoc enim sentire est  
caritatis. Sed nō est sentiendum, q̄ is  
de quo fit sermo, sit talis, qualis in cō-  
uiuio describit. Viden' quæ sint bona  
opera, à nobis præstanda. Talis futu-  
ra fuisset uita in terris inter homines, si  
Adā nō peccasset. Nunc ergo danda  
est opera, ut redempti à Christo, hæc  
bona opera, p̄ uirili nostra sectemur.

M A N S V E T V D O.)

Hec est uirtus, qua quis non facile  
commoueret ad irā, sed boni omnia cō-  
sulit, & in bonā partem interpretab,  
quæ euenerit. Talis māsuetudo fuit  
in Davide, qui cùm ei sceret ē regno,  
& flagellaret cōuictijs à Simei, non cō-  
mouebatur ad iram, sed boni cōsule-  
bat cōuicti, & prohibebat, ne quis ali-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

quid mali inferret Simei. Talis man-  
suetudo fuit in Mose, qui etsi aliquo-  
ties à populo tantum non lapidabat,  
tamen omnia boni consulēs malebat  
è libro uitæ deleri, & populum dese-  
rere. Talis mansuetudo fuit in Paulo,  
qui quærebat à Iudeis ad necē, & ta-  
men cupiebat propter ipsos anathe-  
ma esse. Sunt autem quidam tam irri-  
tabiles, ut nihil aduersi possint æ quo  
animo sufferre, sed paululū læsi, ma-  
xima accendātur ira. His necessaria  
est disciplina huius uirtutis, quæ uo-  
catur mansuetudo. Habet enim man-  
suetudo sua commoda tam corpora-  
lia, & spiritualia. Mansueti enim, qui  
non facile ad iram commouentur, a-  
pti sunt ad rerū gubernacula, ad ad-  
ministrationem uel rerum publica-  
rum, uel rerum œconomicar̄. Man-  
suetudo item autor est multorū bo-  
norū, et præcidit multa mala. Daui-  
dis mansuetudo restituit iterum im-  
periū Israëlis. Cùm enim pepercisset

Simei,

EXPLICAT. IOAN. BREN. 290

Simei, sperabat quisq; ueniam facti,  
& redibant certatim ad obediētiam.  
Est et hęc uirtus priuatim utilis, quia  
parat homini tranquillitatem. Dein-  
de habet sua commoda spūalia, quia  
Mansuetudo est spiritualis cultus  
Dei, cui Deus fauet, & quam multis  
alijs donis honorat. Psal. xxxvi. Man-  
sueti hæreditabunt terrā, & delecta-  
buntur in multitudine pacis. Neces-  
sarium autem est ad hanc uirtutē ex-  
ercitium. Oportet enim unumquēq;  
consyderare, quo ingenio præditus  
sit, ut possit prauitatē eius corrigere.  
Turpissimū est q; in colēdis agris dili-  
gentissime exquiramus, quę sit natu-  
ra, qd sit ingeniuū cuiuscq; agri, in colē-  
dis aut nobis ipsis non animaduerta-  
mus ad quē animi affectū præcipue  
inclinati simus, ut mala caueamus.  
Nam si obseruauerimus nos propē-  
tos esse ad sūbitam irā, multo magis  
nobis necessarium est exercitium ad  
mansuetudinem, q; ad discendū opī.

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

ficiū, quo necessitatem corporis suffentemus. Quod est aut illud exercitium: Qui est pr̄cipitis ire, primū omnium cogitet frequētissime, quām graue sit peccatum, irasci. Referat n. inter genera homicidiorū. Deinde assūescat esse tardus ad loquendum, quemadmodum Iacobus docet. Postea cogitet iram esse furorem. Quāta autem est fœditas furiosorū. Preterea consyderet, neminē unq̄ aliquid recti per iram fecisse. Adhæc cōferat secuin exempla prudentiū hominum. Fuerunt n. qui irati nō uoluerunt seruos suos punire, dicentes, Se ideo nō punire, q̄ irati sint. Postremo sentiat se debere Deo uirtutem mansuetudinis, ad declarandam suam obediētiā & gratitudinem, &c.

TEMPERANTIA, uel CON-  
TINENTIA.

Hæc est generalis uirtus modestiae. Continentiam n. dicimus moderationem in omnibus rebus, in potu &c.

& cibo, in uestitu, in sermone, Iuxta illud: Est modus in rebus, sunt certi deniqp fines. Variè hic peccat: Alij in potu & cibo sic incōtinentes sunt, ut aliquot diebus prorsus abstineat, ac tantum atro pane uescantur. Postea repleant sese omnibus generibus ciboru, & inebrientur uino. Qualia fuerunt hactenus publica iejunia, & adhuc sunt mores Rusticoru. Extat etiam de hac re lex in Alcorano, quod per totum diem iejunandu sit aliquoties, sed liceat postea per totā noctem heluari. Alij miru in modum sordide uestiunt, cūm possint & debeant honeste incedere. Alij splendidissime uestiuntur, praeter decoru, & publicum morem. Alij loquuntur quicqd in buccā uenit. Alij omnino muti sunt. Hactenus in carnispriuio oes pene insaniebant. In hebdomada, quam uocat Cara, omnes pene muti incedebant. Hec certe non est humana, sed bellui na uita. Sectanda est continentia &

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

modestia in omnibus rebus.Ioannes  
Baptista duxit quidem uitam eremi-  
ticam,& comedit locustas, uestitus  
q̄ est pilis camelorum in deserto . Hoc  
autem factum est singulari quodam  
cōsilio spiritus sancti:Nam exemplū  
Christi docet nos modestiam in ciuitate  
conuersatione . Ad uirtutem enim  
continentiae pertinet, rebus, quas ha-  
bes, moderate uti.Si autem amiseris,  
moderate ferre:Si autem non habue-  
ris,non despondere animum.Philip.  
iiiij.Noui humilis esse,noui et excelle-  
re,saturari & esurire,abūdere & pe-  
nuriā pati.Omnia possum per Chri-  
stū,qui me corroborat.Hæc scientia,  
hoc artificium debemus & nos disce-  
re,atq̄ ad hanc continentiae uirtutē  
nos sine intermissione exercere.Pri-  
mum enim,cultus Dei est,deinde ha-  
bet suas utilitates corporales & spiri-  
tuales.Moderatio in cibo & potu est  
utilis ad corporalem sanitatem,Est  
& utilis ad spiritualē,ut sobrius me-  
tius

EXPLICAT. IOAN. BREN. 292

lius discas uerbū Dei, & diligētius p-  
sis tuę uocatiōi. Moderatio i sermōe  
et uestitu habet similiter sua commo-  
da. Sed quale debet esse exercitium?  
Prīmū, consyderandū est quāta fœdi-  
tas, quantū pētūm sit incōtinētia, de-  
inde uitāda sunt illa cōuiuia & collo-  
qa, quę iudicamus nobis esse pericu-  
losa, et irritamenta ad incontinentiā.

ADVERSVS HVIVSMODI  
NON EST LEX)

Recensuit Paulus aliquot fructus  
spiritus, sub quibus cōprehendit in-  
umeros alios: quis enim tātum uir-  
tutis thesaurum enumerare posset?  
Et significauit hac cōmemoratione,  
quòd hi fructus, sint uerus cultus, &  
uera sacra Dei. Nō enim necesse est,  
ut iuxta legem Mosi sacrifices, aut à  
carnibus suillis abstineas, sed sectare  
has uirtutes. Sic enim uerū Dei cul-  
tum facies: Nec est neçesse, ut ad fa-  
cienda spiritualia opera aufugias ad  
eremū, sed si feceris hos fructus spūs,

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

tunc uerius dici potes spiritualis, q̄ si  
sexcentas cappas & plattas gestau-  
ris. Nūc aut̄ in fine enumerationis ho-  
rum fructuum addit Paulus senten-  
tiolā, qua significat id, qđ supra pluri-  
bus tractauit, uidelicet, Iustum & iu-  
sta operantem esse liberę à lege: Ad-  
uersus huiusmodi, inquiens, non est  
lex. Iusto enim non est lex posita, sed  
in iustis & raptoribus & adulteris.  
Quod ut intelligamus, dicendum  
nobis erit paulo copiosius. In hac n.  
re fieri solet, quod aliās frequentissi-  
me, uidelicet, q̄ una hominū pars ni-  
mis declinet ad sinistrā, alia nimis ad  
dextrā. Hypocritæ, & iusticiarij uo-  
lunt prorsus esse sub lege, ac sentiūt  
se non solū posse implere legem, sed  
etiam operibus suis mereri & alijs gra-  
tiam Dei. Scelerati uolūt prorsus cl-  
se liberi à lege, nec cuiq̄ legi esse ob-  
noxij. Paulus aut̄ utrosq; perstringit,  
Ac iusticiarijs concionat, ut si uelint  
legem sic implere, ne accuset ipsos,  
faciant

faciant uere & perfecte bona opera.  
Non. n. qui audiuint legem, sed quia fa-  
ciunt eam, iustificabuntur. Sceleratis  
autem dicit, q̄ si uelint liberi esse à lege,  
secent fructus spiritus, q̄a aduersus  
huiusmodi non est lex. Et iusto non est  
lex posita. Audiamus igitur, quomodo  
iusto non sit positalex. Officiū. n.  
legis est, ut coērceat homines, & co-  
gat eos bona facere. Quod si non fe-  
cerint, condemnat eos corā Deo, &  
coram hominib⁹, externis & æter-  
nis supplicijs. Iustus autem dicitur, qui  
non coacte, sed sua sponte facit bona  
opera. Quare iustus non condemna-  
tur à lege, nec lex ad eū pertinet. Sed  
quis, inquis, sic iustus est, ut faciat o-  
mnia bona opera, sua sponte & hila-  
ri corde, ac perfecte? Respōdeo: Nul-  
lus homin⁹, siquidem ipsa opera con-  
syderaueris. Et tamen homines sunt  
ac dicuntur iusti. Quomodo ergo hoc  
intelligendū erit: Primum, iustus di-  
citur, fide iustus, quia credit in Iesum

IN CAP. V. EPIST. AD GAL

Christū, qui est uera iustitia, & propter quem omnes credētes in ipsum reputantur coram Deo iusti. Et huic non est lex posita, sed est liber à lege. Etsi enim multa designauit peccata, & adhuc gestat secum peccatū originale, tamen liberatus est à cōdemnatione legis, per Christū, in quem credit. Deinde iustus, dicit operibus iustus, quia quæ facit bona opera, facit ex fide Christi, hoc est, nō facit ea, opinione meriti, sed fiducia misericordiæ Dei per Christum. Et huic simili ter lex non est posita: Etsi enim opera eius nō sunt perfecta, tamen quod deest operibus, compēsat Christus. Accipiamus unum & alterum sanctum, pro exemplis. Petrus, si per se consyderetur, absq; Christo, tunc nō potest dici iustus, nisi fortassis ciuilter, quem uocamus honestum. Fecit enim multa bona & honesta opera, sed ea nō fuerūt nec perfecta, nec pr̄ suis spontanea. Iustitia autem operū, debet

debet esse perfecta & omnino uolūta-  
ria, si iudicāda est uera iustitia. Qua-  
re Petrus per se consyderatus nō est  
iustus, præsertim coram Deo. Si au-  
tem consyderetur in Christo Iesu, in  
quem credit, tunc dupliciter iustus  
est: Prīmū enīm iustus est per fidem  
propter Christum, quia habet dona-  
tam iusticiam Christi: deinde iustus  
est, per opera, quia facit opera ex si-  
de, & quod deest operibus, hoc com-  
pēsat iustitia Christi. Sic & de Abra-  
hamo dicendum erit: Nam Abrahā  
per se cōsyderatus absq; Christo, nō  
potest nec esse nec dici uere iustus,  
quia iustitia operum eius nō est per-  
fecta. Si autem cōsyderatus fuerit in  
Christo, in quem credit, tūc fit iustus  
duplici nomine, primum, quia credit  
in Christum, qui est uera iustitia, de-  
inde quia bene operatur ex fide. Etsi  
enīm illa opera non sunt perfecta, ta-  
men habet remissionem imperfectio-  
nis in Christo, in quem credit. Itaq; ui-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

des q̄ necessarius sit nobis Christus.  
Vides etiā nullum Iudæum, nullum  
Turcam, nullum hypocritam ignar̄  
Christi, iustū esse. Hi posunt esse ho-  
nesti coram mundo, sed coram Deo  
non sunt iusti, nec fide nec operibus.  
Si aut̄ non sunt iusti, tunc sunt sub le-  
ge. Qui aut̄ est sub lege, is est obnoxius  
maledictioni & damnationi. Qua-  
re omnes Iudæi, Turcæ & hypocri-  
tæ, damnati sunt perpetuo, nisi resipi-  
scat in Christo. Horribile, inquis, hoc  
est, præsertim cùm Christus dixerit,  
Nolite condemnare, ne condemne-  
mini. Quis n. scit, uter altero melior  
& iustior sit? Fateor, horribile esse.  
Et tamen uerissimum ac certissimum  
est, quia absq; Christo nulla est salus.  
Nā quod Christus dixit: Nolite con-  
demnare, sentit de condemnatione,  
quæ fit sine legitima uocatione Dei,  
quales sunt detractores. Nam si De-  
us iusserit aliquem condemnare, tūc  
condemnatio est obediētia & cultus  
Dei.

Dei. Iubet Deus magistratū cōdemnare latronem ad rotam. Hęc condēnatio est obedientia Dei. Sic etiam iubet nos damnare omnem impietatē. Impietas aut̄ est sentire, iustitiā & salutem cōtingere absq̄ Christo. Qui non credit filio, iam cōdemnatus est. Hoc Dei est iudicium, nō ab humana temeritate ortū. Quare Christus per fidem conseruandus est, ut condemnationem effugiamus.

QVI VERO SVNT CHRISTI, CAR  
NEM CRVCIFIXERVNT.)

Dixit Paulus, legem non esse latā aduersus bonas uirtutes seu fructus sp̄iritus, hoc est, legem iusto non esse positam. Ergo, inquis, licebit homini iusto facere quiduis, quod libet, propterea q̄ nō sit ei lex posita: Ad hoc respondet Paulus, & ait, q̄ qui sunt Christi, hoc est, qui credunt in Christum uere, & habent iustitiā Christi per fidem, hi tantum abest, ut faciat, quod libet ipsis secundum carnalem

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

affectū, ut potius toto uitæ suæ tempore crucifigant carnem cum affectibus & desyderijs suis. Videamus igitur primum, quid Paulus hoc loco uocet carnem, deinde quid sit crucifixione carnem cum affectibus suis. Nam caro hoc loco non significat uenerā tamen concupiscentiam, sed significat totum hominem naturalem, cū omnibus virib⁹ suis naturalib⁹, siue appetitus intellectuī, siue appetitus sensitiv⁹. Supradicta enumerata sunt inter opera carnis, Idolatria & heresis, quæ certe sunt in humana ratione. Homo enim natura sua corrupta dubitat de Deo, dubitat de uoluntate Dei, et si nouit et Deum esse, et Deum esse misericordem. Præterea, homo natura sua corrupta, magis sibi bñ uult, qđ proximo. Non sic diligit proximum, sicut seipsum. Et hæc depravata natura, tunc maxime sese prodit, cū obijcimur tentationibus. Nam qui grauatur molesto morbo, aut concutitur horrore mortis,

tis, si sollicitatur non putare Deum,  
aut Deum non curare res humanas.  
Hinc oritur impatientia, diffidentia,  
conuitia aduersus Deum, & despera-  
tio. Hæc sunt horribilia scelera. Dein  
de, qui afficitur à proximo iniuria aut  
damno, si exurgit in odium, inuidiā,  
uirulentiam, cupiditatem vindictæ,  
et alia scelera. En, in temptationibus p-  
dit sese depravata natura, quæ alio-  
qui solet interdū quiescere, ac sese oc-  
cultare. Hæc est caro, seu homo natu-  
ralis & animalis: Crucifigere autem car-  
nem cum passionibus & concupiscē-  
tijs, est affectus & desyderia carnis  
cōpescere & domare ne uincat nos,  
ne obediamus ipsis, sed ut nobis suc-  
cumbant, & quasi clavis confixa, nō  
perficiant suos conatus. Nam quem-  
admodū is, qui crucifixus est, habet  
quidē adhuc aliquandiu carnē uiuā,  
attamen quia confixus est clavis ma-  
nus et pedes, non potest perficere su-  
os conatus. Conat ingredi, sed detine

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

tur clavis. Conat manibus perpetra-  
re homicidiū & aduersarios suos oc-  
cidere, sed detine clavis : ita etsi is q  
est in Christo, habet adhuc carnē, ha-  
bet affectus impios in carne, habet  
concupiscentiā impuram, tamen cru-  
cifigit carnem, hoc est, compescit eā,  
& domat, ut caro nō domine, ut nō  
perficiat uolūtatem & uoluptatem  
suā. Exempli gratia: Petrus Aposto-  
lus ductus est ad mortem. Non quie-  
uit autem caro, sed sollicitauit eū ad  
impietatem. Dicit em̄ Christus, Du-  
cet te, quò non uis. Caro igitur sollici-  
tauit eum cogitare, Quid: Christus  
sinit te tam misere tractari, fortassis  
non regnat amplius, fortassis non cu-  
rat res humanas, fortassis peribis in  
æternum. Non potes retinere corpo-  
ralem uitam, & acciperes æternam?  
Hi sunt affectus, hæc sunt desyderia  
carnis. Sed Petrus crucifixit carnem  
cū affectibus suis. Compescuit enim  
eam ne dominare ē ipsi, & oppressis  
affectibus

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 297

affectib. carnis h̄esit in Christo p̄ fidē.  
Dauid fuit uere pius uir, & oblatus  
est ei Saul capitalis eius hostis, quem  
& solū deprehendit in spelunca. Hic  
ergo caro suggessit ei, Age Dauid,  
habes nunc hostem in manu tua, oc-  
cide eum, & habebis nō solū regem,  
sed & regnū. Dauid uero crucifixit  
carnem cum affectibus suis, quia do-  
muit hanc concupiscentiam, ne perfi-  
ceret, quod carnī libebat. Ioseph ap-  
prehēsus à muliere sollicitatus est ad  
adulteriū, sed crucifixit carnem cum  
affectibus suis: Maluit enim in carce-  
rem recludi, q̄ adulteriū designare,  
ne peccaret aduersus Dominum. Sic  
& de alijs dicendū est: Necesse enim  
est, ut homō Christianus uere pius,  
perpetuus sit martyr in hac terra, &  
semper sit crucifixus. Nunq̄. n. quie-  
scit uel caro, uel Satan uel mundus.  
Nūc nobis lucta est cum ambitione,  
nunc cum inuidia, nūc cum auaritia,  
Et prostrata auaritia exurgit libido.

P

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Hac uicta adoritur nos int̄idia. Ut nihil interim dicā de dubitatione mētis & incredulitate. Non est nobis lucta, inquit Paulus, aduersus carnem & sanguinem, hoc est, aduersus carnales hostes, & externos, sed aduersus spirituales nequicias, quæ non solū sunt in cœlestibus, ut Paulus dicit, sed etiā in carne nostra. Cum his nobis perpetuo pugnandum est. Et opprimendæ sunt carnis concupiscētiæ, ut non faciamus, quæ carnilibet. Extat morale dictum, Eum esse prudenterem virum, qui ex Sambuco sciāt emunctoria facere. Quod Germanicē iucundius dicitur,

Der ist ein weiser fluger man/  
Der ausz holder abbrechē machē fass.  
Hoc eit, eum esse prudētem, qui  
sciat cupiditatibus suis dñari, & eas  
compescere. Quod autem politici di-  
cunt prouerbialiter, ex Sambuco cō-  
ficere emūctoria, hoc Paulus uocat,  
Crucifigere carnem cum affectibus  
suis.

EXPLICAT. IOAN. BREN. 298

suis: Magna ēm est crux, magnus est dolor carni, si compescatur & dome tur. Sed quomodo, inquis, crucifigit caro? Hypocritæ excogitarunt uari os modos crucifixiōis. Alius fugit in extremum, Alius ieunauit tribus con tinuis diebus, Alius orauit noctu diucq, Alius flagellauit seipsum uir gis, Alius uolutauit se in urticis, in ni uibus. Hę autē nō sunt ueræ rationes, qbus possit caro crucifigi. Necessa ria quidē est sobrietas, Necessaria est oratio, Non autem superstitionis illud ieunium & precandi genus. Sed ueræ crucifixionis & domandorum affectuum carnis rationes hæ sunt, Primum, ut des summam operam uerbo Dei, & proponas tibi ob o culos iram Dei aduersus peccata, ex lege & exemplis legis. Deinde, ut proponas tibi immensam gratiam Dei per Christum, quam amittis, sibi obedieris desyderijs peccati. Vide exemplum Davidis: Is habuit

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

hostē in manus sua, & sollicitatus fuit  
ad vindictam & homicidium. Sed ait,  
Propitius sit mihi Dns, ut nō mittam  
manum meam in Christum Dni. Ex  
hoc intelligis Dauidem posuisse sibi  
ob oculos magnitudinem peccati ad  
quod sollicitabat. Posuisse etiam sibi  
ob oculos magnitudinem clementię  
Dei, qua promissum sibi erat regnum,  
quam clementia amissurus erat, si con-  
tra Deilegē, seipsum vindicaret. Po-  
stremo etiam orandum est ad Deum,  
ut presto adsit auxilio suo. Hę sunt le-  
gitimae ac diuinae rationes, quibus ca-  
ro uere crucifigīt, donec ī altera uita  
cōsequamur perfectā et purā iustitiā  
etiam in carne nostra, propter Christū.

SI SPIRITV VIVIMVS.)

Monuit Paulus, ut carnem cū affe-  
ctibus suis crucifigamus. Nunc ad-  
dit rationem huius uel monitionis uel  
præcepti. Caro em̄ crucifigenda, seu,  
ut ad Romanos loquitur, mortifican-  
da est spiritus. Nā si spiritu uiuimus,  
ambulan-

ambulandum etiā est spiritu. Ut autē  
hanc rationem (quę & ipsa est exhor-  
tatio quædam,) intelligamus, cognos-  
cendū est, quid sit spiritu uiuere, ut  
& cognoscamus quid sit ambulare  
spū. Spiritu igit̄ uiuere, hoc loco non  
dicit̄ gestare cucullam, aut obserua-  
re regulam monasticā Francisci siue  
Dominici. Nec est, uiuere absq; cibo  
corporali, sed primum, Viuere spíri-  
tu, est renatum esse per Euangelion  
Christi. Nam Euangelion Christi est  
contio spíritus sancti, & est cōfirma-  
ta à spíritu sancto in die Pentecostes.  
Quod ergo Paulus dicit: Si spíritu ui-  
uimus, spíritu & ambulemus, hāc ha-  
bet sententiā, Si renati sumus ex Euā-  
gelio, seclanda etiā est uocatio Euan-  
gelij. Si sumus Euangelici, iuxta Euā-  
gelion uiuendum est. Si sumus Chri-  
stiani, sectemur etiam uerā Christia-  
nismi rationem. Euangelion autē seu  
Christianismus, nō exigit circuncisio-  
nem, & alias ceremonias legis, Euan-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

gelion item non permittit, ut seruias  
carnalibus cōcupiscentijs, sed affert  
spiritum mortificātem opera carnis,  
& fructificantem bona opera. Qua-  
re etsi prædicat, peccata nobis gratis  
remitti propter Christū per fidem,  
& opera non mereri peccatorum re-  
missionem, tamen exiguntur à nobis  
bona opera, & obedientia spiritus.  
Deinde uiuere spiritu, est ueram &  
spiritualem uitam in Christo per fi-  
dem habere, quę uita reuelabitur re-  
ipsa post hāc uitam. Nam hāc corpo-  
ralis uita non est propriè uita, sed est  
umbra tantū uite, & continua mors.  
In Gen. iij. dicitur: Quocunq; die co-  
mederis ex eo, morte morieris. Er-  
go post peccatum hāc corporalis ui-  
ta, non est propriè uita, sed continua  
mors. Et Iob. viij. Dies mei uelocius  
transeunt tela textoris, & transeunt  
nullo retinente eos, Memento quia  
uentus est uita mea. Et Psalmus ioi.  
Dies meisicut umbra declinauerūt,  
&

& ego sicut foenū arui. Iaco. iiiij. Quæ  
est uita uestra? Vapor est, qui ad exi-  
guum tempus apparet, & deinde e-  
uanescit. Breuiter, et si scriptura non  
testaretur hanc uitam, non esse uerè  
uitā, tamen res ipsa docet. Num quis  
existimat eum uerè esse regem, qui  
per ludum eligitur rex, & colitur ali-  
quot diebus ut rex? Hunc dicimus  
regem personatum aut tragicū. Sic  
& uita corporalis, personata uita di-  
citur: Sed ea spiritualis uita, quam ac-  
cepimus per fidem in Christo, uera  
& perpetua uita est. Erit enim, cùm  
inhabitabimus cœlum, cùm nunc  
amplius egrotabimus, cùm domina-  
bimur in cœlo et in terra, cùm perpe-  
tuo fœlices uiuemus. Hæc est uerè  
spiritualis uita, quam nunc accepi-  
mus per fidem. Si ergo uiuimus hac  
spirituali uita, quæ reuelabitur in no-  
bis, debemus etiam ambulare iuxta  
uocationem eius, debemus nos pa-  
rare, ad accipiendam eam reue-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Iate. Si quis certo sciret se post uiginti annos abitur ex hac ciuitate in alia ciuitatem, ut ibi habitaret, an non praepararet etiam nunc se ad tale profectio nem? Non enim emeret domum, non agros, non hortos, sed daret operam, ut oia, quae possideret, interea uenderet, quo posset adueniente anno uicesimo expedite alio migrare. Sic & nos non habemus hic manentem ciuitatem: Quare debemus nos continuo ad profectionem preparare. Praeparamus autem nos, si ambulauerimus spiritu, hoc est, si sectemur iusticiam, quae pertinet ad coelestem uitam. Nam si uideris ambulantem in impietate, uere dicere potes, Hic uult diutius in hac uita manere, hic non parat se ad futuram uitam. Postremo, spiritu uiuere, est mortificare spiritu opera carnis. Cuius autem officium est mortificare carnem, eius officium est facere fructus spiritus, q̄ sunt supra enumerati. Et cum unus cuiusque sit, carnem

nem mortificare, debet & unusquisque pius fructus spiritus proferre.

NE EFFICIAMVR IN ANIS  
GLORIAE CVPIDI.)

Multi sunt fructus carnis, quem admodum supra dictum est. Ad horum autem catalogum pertinet etiā ambitio, seu cupiditas inanis gloriæ, seu superbia. Quare Paulus dehortatur nūc nos ab ambitione. Sed initio uidendū est, quid sit Ambitio, aut superbia, et qui sint ambitiosi aut superbii. Hoc peccatum, ut est uralde humile, ita & obscuræ: Non solum enim occultat se sub maiestates regias, & uestes ex auro pictas, uerum etiam sub uilissimas tunicas, & abiectissima ministeria. Est autē ambitio & superbia erga Deum & erga homines. Superbia & arrogātia erga Deum, est sibi adscribere diuinum honorem, & exigere, ut diuinus honor sibi impendantur. Hoc autē non committit tantum pponendo se inter statuas Dei ado-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

randum ab hominibus, quemadmo-  
dum Caligula fecit, & nonnulli alij,  
sicut & Domicianus seipsum uoca-  
uit Dominum & Deum. Nec cōmit-  
titur tantum, si quis intra animum su-  
um sentiat, se esse diuino honore dig-  
num, & se esse Deum, qualis fuit Na-  
buchodonosor, princeps Tyri, et He-  
rodes, uerum etiam committitur sub-  
tilissimè ab hypocritis, confidētibus  
iusticia operum suorum. Hi enim nō  
dicunt quidem se esse deos, & tamē  
occupant maiestatē Christi filij Dei,  
cūm sentiunt se esse iustos, & conse-  
qui salutem propter suorum operū  
merita. Itaq; hi, qui uidentur esse hu-  
millimi, sunt coram Deo arrogantissimi &  
ambitiosissimi. Est & arrogā-  
tia & ambitio corā hominibus. Hæc  
committitur nō solum, cūm quis ue-  
stit preciosē, & contemnit præse ma-  
nifestis uerbis proximum suum, ia-  
ctans suam ipsius industriam, aut ali-  
as uirtutes, sed etiā, cūm quis occul-  
tato

tato suo nomine , contemnit proximum. Qui alium ridet, contemnit, nam si suspendit adunco, traducit, & fastidit, hoc ipso seipsum commendat & laudat, et de seipso gloriatur. Ab hoc peccato diligenter est cauendū: Primum enim est uiolatio primæ tabule decalogi, quod occupet diuinum honorem, & assumat nomen Dei inuanum. Est & uiolatio secundæ tabule, quia arrogantia & ambitio erga hominem, est contra hanc legem, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Deinde hoc peccatum est autor maximorum malorum , tam coram Deo, quam inter homines. In cœlo arrogatio, superbia, & ambitio fecerunt ex angelo, Satanam & diabolum. In paradyso, arrogantia fecit ex homine fœlici & beato, mancipium Satanæ & inferni. Eiecit eum ex Paradyso , in omnia genera malorum tam corporis quam animi. Vnde & Ecclesiast. x. dicitur: Initium omnis peccati est superbia.

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

Et quia est initium peccati, idcirco etiam est autor omnis afflictionis. Superbia deiecit Nabuchodonosorem de sede maiestatis suæ, & fecit ipsum insanum. Superbia effecit ut Herodes absumereſ à uermibus. Vnde & Maria in carmine suo ait: Dispersit superbos mente cordis sui, & exaltauit humiles. Et aliás: Deus superbis resistit, & humilibus dat gratiā. Nam superbia conat̄ ascendere in solium Dei, & Deum proturbare è sede maiestatis suæ. Sed quemadmodum nullus magistratus ferre potest in terra, ut alius inuadat ius suæ superioritatis: ita Deus ferre non potest, ut homo inuadat ius suæ maiestatis. Quare ut homicidia, etiamsi fuerint occulta, non tamen manent impunita, ita superbia, etiamsi fuerit occulta, tamen suo tempore puniſ diuinatus. Petrus arrogans erat, & efferebat se supra collegas, adeoq; supra Christum, sed statim puniſ magno dedecore. Non solum

Solum aut̄ maximorum malorum au-  
tor est superbia coram Deo, sed etiā  
inter homines. Nam arrogantes exci-  
tant inter se contentiones, prouocāt  
se inuidem ad irā, ad inuidiam, ex qui-  
bus deinde oriuntur omnia genera  
malorū. In Galatis, quos Paulus nūc  
perstringit, superbia & ambitio au-  
tor fuit, ut pene defecisset à Christia-  
nismo, dum ex arrogātia alius alium  
contēnebat, propter obseruationem  
circūcisionis, aut neglectionem. Qui  
circūcidebatur iuxta legem, fastidie-  
bat incircūsum. Et uicissim, Incir-  
cūsus fastidiebat circūsum. Ita-  
que orta contentiōe amittebat Chri-  
stū. Arrogātia autor est Arrianismi,  
ex quo deinceps ortus est Mahume-  
tismus. Quare φ non solum orienta-  
lis Ecclesia deuastata est per Turcā,  
sed etiā periclitat nunc occidens, hoc  
debemus arrogātię, ex qua initio Ar-  
rius instigatus contra episcopum su-  
um, inqexit in Ecclesiam impium su-

IN CAP. V. EPIST. AD GAL.

um dogma. Quid ergo faciendū, ut deponamus arrogantiam? Primum, cogitandū est, q̄ simus, Ecclesiasti.x. Quid superbis terra et cinis? Deinde ponendū nobis est ob oculos supplicium arrogantiæ. Postremo intuendum est in exemplum Christi, qui cùm esset Deo patri æqualis, exinanuit semetipsum.

CAP. VI.



RATRES, ETIAMSI  
PRAE OCCVPATVS  
FVERIT.)

Paulus supra interfructus spiritus recensuit mansuetudinem, benignitatem & bonitatem. Nunc autem ostendit usum mansuetudinis, et hortatur, ut si quis deliquerit, mansuete à nobis tractet. Fratres, inquiens, etiam si præoccupatus quispiam fuerit à delicto aliquo, instaurate eum. Principio uidentur

dum est, de quibus delinquētibus lo-  
quaſ. Sūt. n. qui ſic grauiter & intole-  
rabiliter delinquent, ut magis necel-  
ſaria ſit ſeueritas, q̄ māſuetudo. Inter  
delinquentes enim ſunt hāretici, qui  
ſingunt noua dogmata aduersus pīa  
doctrinā, & constant pertinaciter in  
ſuis erroribus, quos etiam præfracte  
tueri conant̄. Quales fuerunt tempo-  
re Christi Scribæ & Pharisei. Item tē-  
pore Pauli, Pharisej ad Christianismū  
conuerſi, & exigentes circunciſionē  
tanq̄ necessariā ad ſalutē. Quales po-  
ſtea fuerūt Arriani, Donatistæ, & a-  
lij. Quales noſtro tempore ſunt Papi-  
ſtæ et Anabaptistæ. Cum talibus ma-  
nifeste errantibus, cōuictis, et in erro-  
re pertinacibus, nō eſt habenda Chri-  
ſtiana cōmunio. H̄ereticū hominem,  
inquit Paulus, post unam & alteram  
admonitionē deuita. Et Christus, Ca-  
uete à Pseudoprophetis. H̄ic em̄ nul-  
lum locum habet illud uulgo iacta-  
tum, Nemo alterum debet contem-

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

nere: quis enim scit, uter altero melior sit: Nā nemo contemnendus quidem est affectu carnali, sed impij & haereticī sinendi sunt ex affectu spirituali. Deinde, inter delinquētes sunt manifeste scelerati, scortatores, Adulteri, Impostores, Latrōes, Fures, qui non solum hæc scelera committunt semel & iterum, sed hoc unum agunt, et perseverant in opere istorum scelerum, nec pœnitētiam agunt, sed potius contemnunt, aut etiam defensere conātur. Cum his adhuc impoenitentibus, inquit Paulus, ne cibus quidem capiendus est, tantum abest, ut mansuetè tractari debeat. De his igitur nullus nunc est sermo in hac Pauli cohortatione, sed de illis, qui semel aut iterum errore, ignorantia, aut alio quodā fortuito casu lapsi sunt in delicta, & ducuntur manifesta pœnitentia. Exemplum est David, qui honestissimam ducebat uitā, & tamen casu quodā lapsus fuit in adulteriū. Sed

Sed postea ita pœnituit, ut etiā fate-  
retur se sentire dolores inferni. Sic et  
Petrus Christo addictissimus erat, et  
tamen casu quodam abnegauit eum  
in atrio Pontificis, sed mox tanta pœ-  
nitentia ductus est, ut amarissime fle-  
uerit. Sic & scortator Corinthius, q  
habebat nouercam suam, ex errore.  
Is excommunicatus, tantam egit pœ-  
nitentiam, ut tristitia penè fuisset ab-  
sorptus. Hí etsi commiserunt graui-  
simas scelera, tamen nō frequēter cō-  
miserunt, nec defenderunt, sed pœni-  
tuerunt. De his ergo admonet Pau-  
lus, ut qui spirituales sunt, qui in spiri-  
tu ambulant, q̄i spiritu mortificant  
opera carnis, q̄ honestā uitam ex spi-  
ritu ducunt, instaurent eos mansue-  
tudine, & non conculcent eos pedi-  
bus. Vt ita aūt apto uocabulo instau-  
rādi (καταριζεῖν) qd significat mem-  
brum aliquo casu luxatum colliga-  
re, et suo mēbro iterum coniungere.  
Nam, q̄ casu delinquit, perinde ei ac-

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

cidit, ac si frāgeret crus, aut si alia mēbra eius offensione lapidis luxarent. Quemadmodum ergo summæ esset crudelitatis, si q̄s lapsō & luxato mēbris insultaret, & præterea alia membra adhuc sana frangeret, aut cōmisereret; ita maxima est crudelitas homini, qui errore quodā in delictū cecidit, & magno dolore afficitur, insultare, et exprobrare, ac tantum nō pe dibus eum conculcare. Et hoc tamē est ferē hominū ingenium, q̄ exprobrant sibi inuicē ea delicta, quæ quōdam non ab ipsis tantum, ante uirginitā aut triginta annos, sed etiam à parētibus eorū cōmissa sunt. Hoc est pr̄sus Sanaticū, & à uera Christianismi pietate alienissimum. Spiritus enim sanctus exigit, ut eos, qui pr̄occupati sunt aliquo delicto, instauremus mansuetudine & humanitate. Et addit Paulus hoc loco grauiissimam rationem exhortationis suæ, Consyderans, inq̄t, temetipsum, ne & tu tenteris:

tis: Nos enim omnes sumus ex eadē carnis massa. Quod igitur illi hodie accidit, id potest nobis cras accidere. Nam quod constamus in honesta uita, nō est nostra uirtus, sed clementia Dei. Itaque si Deus derelinquit nos nostris uiribus, tūc ruemus fortè peius, q̄ ille proximus noster. Quod si quis tam rigidus est censor aliorum errator̄, ut quosuis traducat, & præ se contēnat, certe in oratione domini ea sententiā aduersus seipsum fert, q̄ nullus debeat errata eius mansuete tractare. Dicit. n. Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus. Ipse autē nulli remittit, nullū benevolenter amplectif. Quare orat contra seipsum, ut ipse aliquò casu delapsus, nulla humanitate tractari debeat. Ceterū, præter hanc rationē, singula etiam uerba Pauli, in hac cohortatione, præbent singulas rationes, quibus commoueri debemus, ut lapsum humaniter subleuemus. Primum, in-

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

quit, FRATRES. Hoc ipsum uocabulum admonet nos humanitatis. Fratres sumus. Debemus igitur nos mutuo fraterno affectu cōplicti. Deinde: Si HOMO. Monet nos & hominis uocabulum, ut simus mansueti erga delinquentes. Nihil enim prouiduius est homini, q̄b labi & errare. Præterea dicit: Si PRAE OCCY-  
PATVS fuerit: q.d. Fieri solet, ut aliquis peccet, non confirmata malitia, nō omnino sua sponte, sed à Satana præoccupatus, priusq̄ senserit auctum Satanæ. Et sæpe tantæ fuerunt occasiōes peccandi, ut difficillimum fuerit etiā spiritualissimis, uitare peccatum. Quare et si errata imbecilliū hominum non sunt approbanda, nec scelerata impoenitentium sunt fouēda & toleranda, tamē iij qui delinquunt casu quodam, & agunt pœnitentiam, mansuetè tractandi sunt, ut in uera pœnitentia conseruentur.

In uicem

EXPLICAT. IOAN. BREN. 507  
INVICEM ALII ALIORVM  
ONERA PORTATE.)

Monuit Paulus , ut spirituales in-  
staurēt eos, qui ex imbecillitate lapsi  
sunt, & addidit rationē, conſyderans  
temetipſum, ne & tu tenteris . Nunc  
aut̄ ponit aliam rationem , qua meri-  
to moueri debemus , ut complecta-  
mur nos inuicem humaniter . Alij, in-  
quit, alior̄ onera portent; Hoc est of-  
ficiū pīj hominīs, ut proximi onera  
patienter ferat. Necesaria doctrina,  
ad conseruandā humanam societatē.  
Nemo enim est sine uitij̄s , quæ sunt  
magna onera. Percurre singulos æta-  
tis gradus, & singulos hominum sta-  
tus, ubiq̄ inuenies uitia . Infans fletu  
& eiulatu implet totam domum: Se-  
nix redit ad infantiam, senectus facit  
eum amariorem, & stomachatur o-  
mnia. Cōtinuus aut̄ eiulatus & ama-  
ritudo ac morositas magna sunt ui-  
tia, magna onera. Inter coniuges ma-  
gna sunt uitia & onera . Magistratus

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

habet sua uitia erga subditum, & subditus erga magistratum. Dñs habet sua uitia erga seruum, & seruus erga dñm. In tanta igitur multitudine humanoꝝ uitiorum, datur regula: Inueni alij aliorum onera portate. Hic autem obseruandum est, quę onera, & quatenus portāda sunt. Habitauit quondam senex in eremo, et audiuit pueros pascentes pecora, ante ianuā tugurioli sui, frequenter loqui uerba partim blasphemā, partim turpia & fœda. Cum ergo interrogaretur, qui fieret, q̄ non reprehenderet turpidinem puerorꝝ, respondit, Volui quidem, sed cum cogito, ferēda esse onera proximorꝝ, reuoco animi propositum, mihi ipſi dicens, Si hoc parꝝ non possum tolerare, quomodo portabo magnū? Hæc est præpostera patientia, & reiſcienda. Verū quidem est, q̄ nemo debeat alterum absq; diuinā & legitima uocatione reprehendere, aut punire. Neq; enim licet, ut magistratus

gistratus huius urbis uiolenter gra-  
ses in alienā urbem, & puniat ibi ho-  
mīcidam, absq; legitima uocatione.  
Vbi aut̄ est ordinaria et legitima Dei  
uocatio, ibi unusquisq; debet pro ra-  
tione suæ uocationis uitia reprehē-  
dere & punire, siquidē hoc legitimē  
fieri potest: Nam qui hic connuet &  
cessat, non est dicendus patiens, sed  
ignauus, cessator, & desertor officij.  
Nam quod Paulus monet, ut alter  
alterius onera ferat, primum sentit  
de his uitijis, quæ non sunt capitalia  
flagitia & scelera. Necq; enim homici-  
da, neque adulter, neque impostor  
ferendus est, ei, qui habet legitimam  
potestatem puniendi, sed sentit de  
leuioribus uitijis, in uulgarī homi-  
num uita. Alius enim est imbecil-  
lior, ut infans, qui turbat totam  
domum, per totam noctem, fletu  
suo. Alius est morosior, aliis loqua-  
cior, aliis paulo arrogantior, aliis  
alio uitio, eoque tolerabili, laborat,

IN CAP. VI EPIST. AD GAL.

De his uitijs fit h̄ic mētio. Deinde lo-  
quitur Paulus de talibus uitijs , quæ  
non possunt legitime , & nisi maiori  
dāno, corrigi , Ut fletus in puerō nō  
potest corrigi , nisi priuaueris ipsum  
uita. Ne igitur hoc scelus designet , fe-  
rendus est fletus. Sic dicēdum erit de  
morositate & alijs uitijs. Hic ergo te-  
nēda est Regula: Alij aliorū onera ui-  
ciissim portate . Hoc enim est officiū  
pī hominis . Et addit Paulus: Sic ad-  
implete legem Christi. Quid ergo, in  
quis: Nū Christus est legislator: Re-  
spondeo. Etsi Christus aliquoties le-  
gem exposuit, non tamen est talis le-  
gislator, qualis est Moses. Nam officiū  
Christi non est dānare , quod est  
officium legis seu Mōsi , sed seruare.  
Præterea non instituit Christus ali-  
quam politiā externam, sicut Moses.  
Cur ergo h̄ic dicit: Lex Christi: Lex  
h̄ic sumit generaliter p̄ doctrina. Do-  
cuit enim Christus, non solum Euān-  
gelion, quod exigit fidem , sed etiam  
docuit

docuit caritatem, quæ est fructus fidei. Et hæc doctrina, nō occidit, sicut Lex, sed tātum indicat uitę fructum. Nam Ioānis xiiij. dicit. Præceptum nō uis do uobis, ut diligatis uos mutuo, sicut dilexi uos. Et, In hoc cognoscēt omnes, quod discipuli mei sitis, si caritatem habueritis inter uos mutuā. Alij reges, instituunt nouas leges, iuxta illud, Nouus rex, noua lex. Cūm aut & ego sim Messias, hoc est, Rex, expectatis fortasse à me nouam legem, Sed nullam aliam legem do, nisi ut uos inuicem diligatis, hoc est, ut præstetis uobis mutua officia ex dilectione, et alter alterius onera feratis. Iam, Christus non solum docuit hāc legem caritatis, uerum etiā præstítit, & totā impleuit. Tulit enim nostras infirmitates, & adhuc fert in nobis magna uitia. Etsi eramus inimici, tñ passus est pro nobis. Etsi adhuc inhæret nobis actus peccati originalis, tñ reputat nos iustos. Quare debemus

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

alter alterius onera ferre, ut adimpleamus, hoc est, ut sectemur legem seu doctrinā & exemplū Christi. Veteres dixerūt, Mores amicī noueris, nō oderis. Item, Nota mala optima. Itē, Summum ius, summa iniuria. Praeterea, bonorū uirorū est, ut magis in p̄ximo confyderēt utilia, q̄ inutilia. Deus enim ita omnia temperauit, ut et si permisit in singulis sua esse uitia, tñ ornauit unumquenq; aliquo utili dono. Proponendum igit̄ nobis est oculos donum, & tegamus eo uitium. An non uides, quid facere soleamus, in subducendis pellibus sub tunicas? Pelles enim sordidiores abscondimus quodāmodo in interiore partem tunice, pulciores aut̄ uertimus ad lumen, & ponimus in anteriorem partem tunice, ut sint hominibus conspicuae: ita uitia proximi abscondenda sunt, & in lucem producendū est donū Dei. Sic Christus fecit: Cūm enim respiceret nos homines, uidit uaria uitia,

uitia, sed illa abscondit ab oculis suis,  
& contemplatus est in nobis, primū,  
quod sumus bona Dei creatura: deinde,  
quod Deus pater instantum nos dilexit,  
ut nec uoluerit parcere filio suo pro-  
pter nos. Hoc cōsiderauit filius Dei,  
Christus, & complexus est homines  
summo fauore. Vide quidē aliquo-  
ties homo prorsus inutilis, ut Laz-  
arus. Sed hi plerūq; sunt utilissimi et  
Deo acceptissimi, ut testaſ idem ex-  
emplum Lazari. Si diues uoluisset,  
tunc Lazarus fuisset ei utilis ad con-  
sequendam æternā fœlicitatem. Do-  
na igitur Dei consyderanda sunt in  
proximo, ut discamus onera seu uitia  
eius ferre, & sectari Christi Domini  
noſtri doctrinam & exemplum.

NAM SI QVIS VIDETVR  
SIBI ALIQ VID.)

Docuit Paulus, ut alter alterius o-  
nera feramus, & instauremus lapsos  
mansueto spiritu. Sed ab obedienc-  
tia huius doctrinæ nihil magis nos

IN CAP. VI. EPIST. AD GÄL

abstrahit, q̄ superbia, arrogantia, & elatio animi. Solemus enim admoniti de humanitate & seruitute erga p̄ ximum, dicere: Quid? Ego ne seruirem huic uel isti? Multo minor est, q̄ ut ego uelim esse suppedaneum pedum eius. Sum ipso honestior, nobilior, ditior, potentior: Nec video quid mihi possit collatis omnibus viribus suis uel prodesse uel obesse. Cur ergo ego me ipsi subjicerem? Hæc est magna arrogātia, & uulgaris admodum. Quare Paulus concionat nunc aduersus arrogantiam, & dehortat nos ab ea, ut retineat nos in officio mutuae caritatis, & ut ita dicam, seruitutis. Si quis, inquiens, uidetur sibi aliquid esse, cùm nihil sit, suum ipse fallit animū. Vide, obsecro, quam sententiā de nobis omnibus Paulus pronunciet. Nos existimamus, q̄ aliquid simus tam coram Deo, q̄ coram hominibus. Paulus aut̄ p̄nunciat ex sp̄itu sancto, nos NIHIL esse, ideoq̄ non

**EXPLICAT. IOAN. BREM.** 33

non habere causam uel excusationē,  
ut proximū nostrum cōtemnamus,  
& officia nostra ei negemus. Sed qd:  
an non Paulus nimium deīcīt homi-  
nes? Nihil ne est Cēsarea maiestas: ni-  
hil ne est sapientia, fortitudo, quibus  
uirtutib⁹ multi homines p̄diti sunt:  
nihil ne est propheticum officiū, A-  
postolatus, donum ædendorum mi-  
raculorum, quibus donis multi orna-  
ti fuerūt: Hæc omnia nihil ne sunt rē-  
putanda? Certe hæc sunt magna &  
præclara dona Dei. Paulus aut̄ non  
loquitur nunc de ipsis donis Dei, sed  
de hominibus habentibus dona Dei.  
Dona Dei magnificiēda sunt, sed ho-  
mines nihil habent ex his donis Dei,  
quod tribuat eis iustum causam fasti-  
diendi proximi, & quod defendat ip-  
sos in peccatis, in iudicio Dei. Nam  
qd attinet ad ipsorum hominū natu-  
rā, omnes similiēter sumus in peccatis  
cōcepti & nati, & sumus obnoxij ae-  
ternæ damnationi. Hic nullus haber,

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

quod alteri exprobret: Omnis homo mendax. Quod autem attinet ad clemētiam Dei, ea omnibus hominibus patet. Deus enim uult omnes homines saluos fieri: Et pposuit Christū suum toti mundo. Vnus Deus, unus Christus omnium hominū. Nullus habet altero maiorem Deū, maiorem Christum. Quare nec hac parte habet alter, quod alteri exprobret, aut propter quod proximum fastidiat. Quod autem attinet ad dona Dei, quae magis huic, & illi collata sunt, ne sic quidē habet quisque, propter quod neget sua quae debet officia proximo. Nā Deus contulit dona sua hoībus, nō ut alter alteri malefaciat, sed ut benefaciat: non ut peccet aduersus Deum & proximū, sed ut obediāt Deo, & seruiat proximo. Quare si abutit̄ donis, & peccat, tūc NIHIL est, nec potest ipsum defendere donum suum coram iudicio Dei. Exempli gratia. Regia maiestas, magnum donū Dei est. Si quis hoc

hoc dono abutit, ad tyrannidem, aut  
ad neglectum proximi, tūc nihil est,  
nec homo ipse habens regiam maie-  
statem, nec donū ipsum, erga homi-  
nem, quia hoc donū non potest eum  
excusare corā Deo à peccato, sed po-  
tius grauat peccatum & damnatio-  
nem eius. Sic sapientia & opulentia,  
sunt illustria dona Dei. Sed si q̄s abu-  
titur illis in contemptum proximi, et  
ad arrogātiām, is nihil est, quia dona  
eius non defendunt nec tuent eum  
in iudicio Dei. Nam quemadmo-  
dū in homine oculus aut manus ha-  
bet suum donum, quo si abutitur ad  
corporis perniciem, nihil amplius af-  
fert utilitatis. Quòd si oculus tuus,  
inquit Christus, aut manus tua scan-  
dalisauerit te, abiice eum: ita & si  
quis in hominum turba consecutus  
est aliquod donum, & abutitur eo ad  
proximi contemptum, is homo ni-  
hil est cum suo dono. Accedit huc,  
quòd quæ habemus dona, non sunt

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

nostra, ppria, sed sunt Dei, aliena ui-  
delicet, & commodaticia. Turpe au-  
tem est, si quis superbiat accōmoda-  
tis uel uestimentis, uel poculis aure-  
is. Multo turpius est, si quis superbi-  
at propter dona Dei, quæ nō suo me-  
rito, sed liberalitate Dei possidet.

OPVS AVTEM SVVM PRO-  
BET VNVS QVISQVE.)

Pertinet & hoc ad retundendam  
humanam arrogantiam, & docendā  
humilitatem. Sunt enim, qui in operi-  
bus suis non quærunt, quid placeat  
Deo, sed tantum quid placeat homi-  
nibus. Et siquidē reportauerint lau-  
dem ab hominibus, putant se suo offi-  
cio defunctos, siue placeat, siue disipli-  
ceat Deo. Hoc uitio laborārunt hi,  
qui instituerunt multa anniuersaria,  
& alias fundationes hypocriticas in  
Ecclesia. Hoc item uitio laborant hi,  
qui alienæ famæ detrahunt, corā con-  
uiuis arridentibus, qui item recitant  
scurrilia, & lasciva, ut delectent au-  
ditores.

**EXPLICAT. IOAN. BREN.**

ditores. Similiter & hi, qui ut placeat  
monachis, persequunt Euangelion.  
Et omnino omnes serui, qui in rebus  
iniustis obsequuntur dñis suis. Hic tan-  
tum curant, ut quod faciunt, homini-  
bus placeat, etiamsi Deo displiceat.  
Admonet igitur Paulus eos, ut suū i-  
psorum opus probent, & in semeti-  
pso habeant gloriationem: hoc est, e-  
nitendum est, ut unusquisq; studeat  
opus suum exigere ad uerbum Dei,  
& siquidem Deo placet, tunc cōten-  
tus sit conscientia sua, etiamsi omni-  
bus hominibus displicuerit. Gloria-  
tionem enim in semetipso habere, nō  
est confidere & gloriari de suis meri-  
tis, sed est esse cōtentum de suo ope-  
re, q; Deo placeat, etiamsi omnibus  
hominibus displicuerit. Paulus in  
prædicatione Euangeli habebat glo-  
riationē in semetipso, quia etsi disipli-  
cebat mīdo, tamen sciebat hoc place-  
re Deo, & esse uocationem Dei. Nō  
enim est fidendū humana gloria, sed

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

uerbo Dei, quia unusquisq; portabit  
onus suū. Laudatores alieni delicti,  
non defendant delinquentem in iu-  
dicio Dei. Dñs iubens seruum male-  
facere, & laudans eius malefactū, nō  
defendet seruum coram Deo, nec ita  
portabit onus serui, ut iudicetur ser-  
vus innocens, sed ambo punient. Ma-  
gistratus laudans impietatem in sub-  
dito, non portabit onus subditi corā  
Deo, non excusabit eum. Sic laudato-  
res delictorum, nullum excusabunt  
coram Deo; Vnusquisq; suum onus  
gestabit. Quare elaborandum est, ut  
Deo obediamus, siue id placeat, siue  
displianceat hominibus.

COMMVNICET AVTEM QVI  
CATECHIZATVR.)

Docet, quid debeant discipuli do-  
ctoribus. Idem copiose docet. i. Cor.  
ix. Et. i. Thessa. v. Et. i. Timo. v. Si-  
militer Christus ipse Mat. x. Dignus  
est operarius mercede sua. Et, Qui  
cūq; ad bibendum dederit, &c. Pos-  
sent

sent hīc ex ueteri Testamento multa  
loca produci, præsertim ex Aggæo,  
sed non libet nunc in his immorari,  
quia uidemur nos ipsos, qui ministe-  
rio Ecclesiastico fungimur, commen-  
dare. Et alioqui, cùm exigimus neceſ-  
saria, & quæ nobis debentur, accusa-  
mur avaritiæ. At si nobis esset iudex  
in hac terra, facile possemus ostende-  
re, qui esſent uerè auari. Vna ciuitas  
non admodum magna potuit hacte-  
nus ociosos uentres triginta aut 40.  
alere, qui sua hypocrisi populum se-  
ducebant, nunc uix pōt tres aut qua-  
tuor alere, qui rectam & syncerā E-  
uangelij doctrinam tractant. Et ta-  
men non alunt de suis opibus, sed de  
alienis. Sed de his nihil dicam: Hoc tā-  
tum adiūcio. Si ciuilis magistratus tā-  
tum priuilegiij ē scriptura haberet,  
quantū ministri Ecclesiæ, nullus pos-  
set insolentiam eorum ferre. Paulus  
uocat eos semel Diaconos Dei. Mi-  
rum, quantū ex hoc superbiāt. Inscri-

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

bunt hoc in omnibus literis: Dei, in-  
quiunt, gratia dux in hac aut hac re-  
gione. At ministri Ecclesiæ multo plu-  
res & maiores habēt in scriptura cō-  
mendatiōes. Sed his omissis, tractabi-  
mus hanc sententiam, Deus non irri-  
detur: Quicquid homo seminauerit,  
hoc et metet, generaliter. Paulus hor-  
taſ ad beneficiendum pulcherrima  
et iucundissima similitudine. Sicut se-  
habet seminatio in agro, ita se habet  
operatio in hominibus. Quicquid au-  
tem homo seminat, hoc & metet. Si  
seminauerit triticū, non metit de gra-  
no tritici hordeum, sed triticum. Si se-  
minauerit avenam, nō metit pīsa, sed  
ſūrum genus frumenti aut leguminis  
metitur de suo genere. Ergo etiā ſic  
res se habet de operib. hominū. Qui  
seminat, inquit, in carnem suam, me-  
tit de carne sua fructū corruptionis.  
Qui seminat in ſpiritu, metit fructū  
uite æterne. Hic ergo quæritur, quid  
ſit ſeminare in carnem suam. Primū,  
est

est sua tantum quærere, suum tantū uentrem pascere, et nihil dare aut cō ferre ad conseruanda ministeria spiri tualia. Qui ergo sic seminat, is metit suam corruptionem. Agg. i. Domus mea deserta est, uos festinaстis unus quisq; in domum suā: seminastis igit multum, & intulistis parum. Deinde seminare in carnem suā, est fructus carnis sue sectari, qui supra enumera ti sunt, Adulterium, inimicitiae, secte, inuidiae, ebrietates. De his metit corruptio seu æterna dānatio. Additur enim supra: Qui talia agunt, non ha bent regni hæreditatem. Quale gra num, talis & messis. Cùm uidemus ebrium, dicendum est, hic seminauit in carnem suam, Metet igitur interi tū. Cùm uidemus impostorem, aut blasphemum, aut maledicum, dicen dum est, hic seminauit in carnem suā, metet igitur corruptionem. Semina re aut in spiritu, primum est liberali ter iuquare spiritualia ministeria Ec-

IN CAP. VI. EPIST. AD GALI

clesiæ, quia hæc sunt necessaria. Deinde seminare in spiritu est facere fructus spiritus, qui & ipsi supra enumerati sunt. Quid ergo illud est, quod Paulus addit: De spiritu metet uitam æternam? An meremur nostris operibus æternam fœlicitatē? Hic considerandū est, qd Paulus in hac tota epistola hoc unum præcipue docuit, nos non mereri uitam æternam nostris operibus. Nō est igit sentiendum, qd oblitus sit superioris concionis suæ, & nunc contraria scribat. Cùm enim dicat, nos metere de spiritu uitam æternam, non sentit opera bona nostra esse merita uitæ æternæ, sed sentit uitam æternam sequi ad bona opera, si fiant ex fide in Christum. Sequitur autem uita æterna, non propter nostram iustitiā, sed propter Christum. Vides autem Paulū facere ex omnibus pijs Agricultoribus & seminatores, ut excitet nos ad inquirendum ueſe ſemen, seu granum ad ſeminandum. Hoc autem gra-

num

nū est Christus ipse, qui ait, Nisi granum frumenti iactum fuerit in terrā & mortuum, non fert fructum. Hoc semen seminatur per Euangelion in agrum cordis nostri, profert aut̄ initio fructum bonorum oper̄ in hac terra, postea profert fructum uitæ æternæ in cœlo. Vbi autē nullus fructus profertur in hac terra, ibi manifestū signum est, q̄ hoc granum nondum sit seminatum. Quare demus operā, ut Christus per Euangelion recte cognoscatur, & suscipiatur.

BONVM FACIENDO NE  
DEFATIGEMVR.)

Paulus transit à specie ad genus. Docuit benefaciendū esse ministris Ecclesiæ, seu Catechistis, quæ est una pars uirtutis. Nunc docet generaliter benefaciendum esse cuiuis, idc̄p̄ non semel aut iterum, sed semper, ac perpetuo. Bonum, inquit, faciendo ne defatigemur, Nunquam cessemus, nunquam intermittamus bona

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

opera, sed semper, quacunquo occasio  
ne licet, seruiamus Deo & proximo.  
Necessaria doctrina & admonitio.

Vulgo enim dicitur, Facile excitaue

Welcher ris fistula eum, qui libenter dicit cho  
gern tan ream. Nos natura torpidi & ignauis  
het / dem sumus benefaciēdo, idquo uerum est,  
bedarfnō solum de improis, sed etiam de pius  
man lei= hominibus. Quare facile fieri potest,  
che profeifs ut abducamur à benefaciendo. Et cū  
Satan gnarus sit nostrae ignauis, ob  
īcit nobis semper occasiones , qui  
bus auertat nos à uocatione Dei. Ex  
empli gratia, Vnus & alter minister  
Ecclesiæ iuuatur publico stipendio.  
Quod si ergo acciderit , ut aliis qui  
sp*ia* minister deliquerit, ibi tum male  
dictis incessuntur omnes ministri, &  
dicere solemus , Ecce isti omnes ne  
bulones. Quis eis uel teruncium da  
ret? Aliud . Ciuis quispiam largitur  
uni aut alteri pauperi eleemosynam.  
Quod si uiderit alium quendam pau  
perem aut mendicum aliquid scele  
ris

tis designare, tunc mox cōtrahit ma-  
nū & in clamat, pauperes esse nebu-  
lones. Itaq; defatigatur benefaciēdo.  
Aliud. Vīcīnus seruat pacem cum uī  
cino: Quōd si forte alter iniuria affi-  
cit alter, tunc hīc statim abiēcit om-  
nem amicitiam & familiaritatem, ac  
nil nīsi vindictam meditatur. Hoc est  
defatigari benefaciēdo, aliorū iniuria  
& ingratitudine. Aliud. Opifex exer-  
cet opificium suum fideliter, Merca-  
tor tractat negociationem suam pie,  
sed nulla prosperā fortuna affulget  
ei, & uidet impostorem fōlicius age-  
re. Defatigatur ergo benefaciendo,  
& abiēcit studium benefaciendi, cō-  
motus aduersa fortuna. Infinita sūt  
exempla. Monet igit̄ Paulus, ut per-  
stemus & perduremus in benefaci-  
endo, nec defatigemur uel aduersis,  
uel iniuria, uel ingratitudinē aliena,  
uel alijs occasionib; . Et addit cau-  
sam, Tempore, inquiens, suo mete-  
mus nō defatigati. Perstat Paulus in

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

copta metaphora seminis & messis,  
Ac distinguit inter se tempora semi-  
nationis & messis. Nam quemadmo-  
dum in externa semente, aliud est te-  
pus seminatiois, aliud messis. Et mo-  
rosus est agricola, qui statim cum se-  
minat in Septembri, exigit ab agro  
fructū in Octobri. Necesse enim ha-  
bet expectare estatē, & mensem Au-  
gustum. Interea temporis, hyems, ni-  
ues, pluviæ & grandines expectan-  
dæ & perpetiendæ erunt. Accidere  
etiam solet, q̄ iam tempore messis, grā-  
do depopulet segetes, nihilominus  
tamē agricola pergit iterum agrum  
colere, nec defatigatur, sicut & uini-  
tor. Sic & in spirituali semente, aliud  
est tempus seminationis, aliud tem-  
pus messis. Seminationis tempus est  
hoc præsentis uitæ tempus, dum ha-  
bemus lucem Euangelij. Nunc enim  
est benefaciendi tempus, dum Chri-  
stus per Euangelion nobis in hac ui-  
ta lucet. Tempus autem messis erit

in

EXPLICAT. IOAN. BREN. 318

In futuro seculo. In hoc præsentis seculo aliquies gustamus primitias, quia Deus nonnunquam bona etiam in hoc seculo compensat, sed uera & copiosa messis est in futuro seculo, in quo metemus, inquit Paulus, non defatigati, hoc est, metemus nullo labore & astu, sed perpetua fœlicitate. Quare cum tam copiosam & iucundam messem habemus, non debemus defatigari seminando, hoc est, bñfaciendo. Ecclesiastes inquit, ca. xi. Qui obseruat uentum, non seminat, hoc est, qui uult expectare bñfaciendo, dum fœliciter res in hoc seculo procedat, & dum homines erga bñfactorem grati fuerint, is nunquam bñfaciet. Sicut n. agricola non debet a seminatione auerti, nubibus aut levii pluuiis, nec debet desperare de fructu, etiā si niues & grandines ceciderint, ita nec homo debet cessare a benefaciendo, propter aliorum iniuitatem & ingratitudinem. Si agricola neglexerit legitimū tempus semētis, nihil fructus.

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

percipiet. Legitimū tempus nostræ  
sementis est hæc præsens uita, dum  
prædicatur nobis Euāgelion Christi.  
Nam cùm aufertur à nobis uera Euā-  
gelij doctrina, tunc ambulamus in te-  
nebris, & nihil boni facere possu-  
mus, quia nō intelligimus rationem  
fidei & bonorum operum. Hinc est,  
q̄ nec hypocritæ, nec Turcæ, nec lu-  
dæi possunt aliquid boni facere, quia  
nō ambulat in luce, non habent tem-  
pus sementis. Præterea tempus se-  
mentis est hæc præsens uita, nam fu-  
turum seculum est tempus messis.  
Non conuenit, ut cùm alijs metunt,  
alijs iam primum seminare uelint. No-  
ta est parabola diuitis, & Lazari, Di-  
ues præterierat tempus sementis,  
Nō poterat igit̄ amplius nec semina-  
re nec metere. Nota etiā est parabo-  
la de decem uirginibus, quarū quin-  
que seminant tempore messis, sed ni-  
hil fructus consequuntur. Mat. xxv.  
Quid ergo; inquies: Num omnibus  
indisci-

**EXPLICAT. IOAN. BRENT.** 319

Indiscriminatim beneficiendum est: Paulus addit, Operemur bonum, cū erga omnes, tum uero maximē erga domesticos fidei. Idem ferē docet. i. Timo. v. Si qua suis, & maximē familiari bus non prouidet, fidem abnega uit, & est infideli deterior. Beneficiendum igitur est cuiuis, sed suo ordine & suis gradibus. Primum omnium beneficiendum est domesticis fi dei. Deinde etiā alienis. Porrò inter domesticos fidei etiam suus ordo ser uandus est, ut benefacias tuis liberis, postea cognatis & benefactoribus. Postremo etiam alijs. Breuiter, sem per dabit sese occasio beneficiendi, seu seminandi. Hoc igit tempus non est negligendū, ut suo tempore per petuam habeamus messem.

**VIDETIS QVANTA VOBIS  
PISTOLA SCRIPSERIM.)**

Apostolus conclusurus uel tan dem epistolā addit dehortationem, qua monet Galatas, ut caueāt à pseu

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

do apostolis, & doctrina eorum. Priusq;  
autem dehortationem suscipiat, ca-  
ptat benevolentiam Galatarum, & in-  
dicat eis, quod serio omnia ista scripsit.  
Videtis, inquiens, quanta uobis epi-  
stola scripsit. Alias epistolas soleo  
dictare tantum, & non scribere, Vo-  
bis aut scripsi mea ipsius manu, ut in-  
telligeretis, quanta uos benevolentia  
colecteret, & quod sollicito animo es-  
sem de salute uestra. Ceterum occa-  
sionem scribedae huius epistolae pre-  
buerunt Pseudoapostoli, qui exige-  
bant circuncisionem tanque necessari-  
am ad salutem, & docebant merita  
operum legis salutem nobis afferre.  
Quare Paulus inuehit in eos in hac  
conclusione, ut absterreat Galatas ab  
impia eorum doctrina. Qui uolunt,  
inquit, placere in carne, &c. hoc est,  
Quod docet Pseudoapostoli, de me-  
ritis operum legis, non faciunt ex spi-  
ritu sancto, aut ex doctrina Euange-  
lij, sed alijs de caussis. Primum enim  
faciunt

## EXPLICAT. IOAN. BRENT.

320

faciunt hoc , ut placeant Iudæis , &  
gratum eis officium præstent . Nam  
Iudæi mirum inmodum delectantur  
laude & commendatione suæ legis.  
Ac exigitur quidem diuinitus , ut u-  
nusquisque placeat proximo in bo-  
num , uidelicet , recte , iuste , & mo-  
derate agendo . Philip . iiiij . Quæcun-  
que sunt uera , quæcunque honesta .  
Non est autem proximo placendum ,  
male , iniuste , et impie agendo . Quod  
ad religionem attinet , sunt multi , qui  
ut placeant summis principibus &  
monarchis , persequuntur Christum ,  
& sectantur antichristianismum . A-  
lij , ut amicis placeant , audiunt impi-  
as missas , & offerunt numos . Hoc  
est impium , quia danda est opera , ut  
ante omnia placeas Domino Deo  
tuo . Quod ad ciuiles mores attinet ,  
alius detrahit famæ proximi , ut exhi-  
laret coniuas , alius scurraf , aliis po-  
tat , ut placeat auditorib . & spectato-  
rib . Sed uide ḡ imprudenter hoc fiat .

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

Nam qui malefacit, ut cōsequatur fauorem humanum, amittit interim fauorem Dei peccādo. Vbi autem nō est fauor Dei, ibi non potest consistere fauor hōminum. Quare qui peccādo aucupantur hominum fauorem, eo ipso conīciunt se in odium hominum. Exemplum habes Iudi. ix. de uitis Sichem, qui ut placerent Abimeleco, & fauorem eius consequerentur, adiuuerūt eum aduersus fratres suos, sed mox tanto odio inter se exarserunt, ut seinuicem trucidae rint. Deinde, q̄ Pseudoapostoli doceant merita operꝝ legis, idcirco faciūt, ne ob crucem Christi persecutionē patianf. Nam si prædicarent abrogationem legis, tūc Iudæi persequerentur eos, non essent securi inter Iudæos, sicut nec Paulus, nec alij Apostoli securi erant. Hoc uitiū latissimē patet, tam in religione, c̄q̄ in politia. Nā sunt qui ideo non sectantur Euangelion, quia timent crucem. Alij non sequuntur

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 328

quuntur iustitiam in negotijs, quia timent paupertatem. Alij dicunt mendacia, quia timent damnū, si dixerint ueritatem. Sed hoc est impium. Nam si timēdum est dānum, tunc maius plus est timendū q̄ minus. Maius est, ira Dei, & perpetua damnatio, quae ueniūt propter peccatum, q̄ temporelē damnū. Timete eum, inquit, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Sed illi existimant se facilimē cum Deo cōuenturos, si modo conuenerint cum hominib⁹. Dicūt em Deū esse misericordē. Misericors quidem est peccatoribus, sed resipiscētibus, non præfractē aduersus ipsum peccantibus. Quid enim numerus potes tua potētia iterum resurgere, & te reconciliare cum Deo? Num licet sano dicere, Ego uulnerabo me, quia habeo peritū chirurgicum? Postremo, Pseudoapostoli prædicat me rita legis, ut gloriens in carne, ut possint gloriari, se honestum populum

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

educare et continere in disciplina, cū  
interim ne ipsi quidem seruent legē.  
Sic hoc tempore multi defendūt Pa-  
patum, qui tñ non seruant Papatum,  
sed faciūt, tñ ut habeant gloriatiōnē.  
At pio uidendum est, ut habeat glo-  
riationem corā Deo, id quod fit non  
ex operib⁹, sed ex fide & obediētia.

MIHI AVTEM ABSIT GLO-  
RIARI NISI IN CRYCE.)

Paulus adhuc inuehitur in Pseu-  
doapostolos. Hi enim gloriabantur  
& iactabant prosperam suam fortu-  
nam, in prædicando Euangelio Chri-  
sti. Nam cùm ueri Apostoli persecu-  
tionem paterentur à Iudeis & Gen-  
tibus, ducebāt Pseudoapostoli iucun-  
dam & tranquillam uitam inter Iu-  
dæos. Qua de re applaudebant suæ  
industriæ, ac præ se contemnebāt a-  
lios, quòd hi uagarentur omnibus re-  
bus indigi, ipsi uero fruerentur bo-  
na pace. Prædicabant enim cū Chri-  
stianismo, etiam circuncisionem,  
quod

quod erat Iudeis plausibile. Quare Paulus opponit nunc gloriationi ipsorum, suam gloriationem, & significat, gloriatione Pseudoapostolorum nihil esse uanius. Gloriantur hi de sua prospera fortuna, de sua pace, de sua industria. Absit autem, ut ego de alia quadam reglorier, quam de Cruce Christi. Tota iactantia mea est, De cruce Christi. Videamus igitur initio, quid Paulus uocet Crucem Christi. Primum enim Crux Christi hoc loco non significat ligneam illam crucem, in qua Christus peperdit, & ad cuius similitudinem aliæ ligneæ cruces formantur & gestant. Maiores nostri usi sunt talibus crucibus in processionibus; Hiritus, si pro puerilibus rudimentis obseruati fuissent, tolerabiliter se habuisserent. Sed non est sentiendum, qd talis lignea crux sit adoranda, nec est de ea gloriandum, qd nihil affert nobis utilitatis. Redemptio quidem nostra facta est in lig-

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

no, Lignum autem nihil per se ad redēptionē contulit. Deinde per crucem hoc loco non intelligitur Crux, quæ digitis formari solet, & qua multi putant, nobis conferri benedictionem, ac auerti maledictionem. Somniant Satanā horrere talem crucē, et fugere. Sed si rē uerē cōsyderaueris, Satan fingit tātum se talem crucem timere, ut homines Idolatria seducat. Talia enim signa crucis, et si à pīs tolerabiliter fieri possunt, tamen nō defendūt nos à Satana. Crux autem Christi hoc loco dicitur, quævis afflīctio, quæ nomine Christi, & propter Euāgelion alicui īserf̄. Exempli gratia. Petrus cōiectus fuit in carcerem, q̄ prædicaret Christum, Paulus fuit ter uirgis cæsus, Stephanus fuit lapidatus propter Christū. Hæ afflictiones dicuntur Crux Christi. Vnde. n. Cor. i. dicitur: Afflictiones Christi abundant in nobis. Et Coloss. i. Adimpleo ea quæ desunt passionibus Chri

sti. Item ad Paulum adhuc persecuto  
rem dicit Christus, Saul quid me per  
sequeris? Sunt enim passiones & af-  
flictiones Ecclesiæ, etiam ipsius Chri-  
sti, sicut & Christi passio est Ecclesiæ  
passio. Quare quod Paulus dicit, se  
gloriari in cruce Christi, significat si-  
bi hoc unum esse solatium & gaudi-  
um, nō q̄ fœlicem uitam in hoc secu-  
lo ducat, sed q̄ affligat propter Chri-  
stum. Roma.v. Gloriamur, inquit, in  
afflictionibus. Et ad Corin. Si gloria-  
ri oportet, de his quæ infirmitatis  
meæ sunt, gloriabor. Et Apostoli vir-  
gis cæsi, ibant gaudentes à cōspeciu  
conciliij. Act. quinto. Hoc etiā docuit  
Christus Matt. quinto. Beati estis, cū  
probra fecerint in uos homines, &  
dixerint omne malum uerbū aduer-  
sum uos, mentientes propter me.  
Gaudete et exultate, quia merces ue-  
stra copiosa est in cœlis. Sed quā ob-  
causam gaudendum & gloriandum  
est in cruce Christi: alioqui amara &

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

grauis est crux. Gaudendum igitur  
est duabus præcipue de causis. Al-  
tera est, q[uod] afflictione, quæ suffertur  
propter Christum, similes efficiuntur  
filio Dei, & omnibus Prophetis. Sic  
enim persecuti sunt, inquit Christus,  
Prophetas, qui fuerunt ante uos. Ma-  
xima autem dignitas est, in eodem esse  
ordine & similitudine, cum Prophe-  
tis & filio Dei. Altera causa est, quod  
magna est merces crucis Christi in  
coelis. Si patimur, inquit Paulus, cum  
eo, glorificabimur etiam cū ipso. Sed  
quid, inquis, de alijs afflictionibus di-  
cemus, quæ nobis accidunt alijs de  
causis, iniustis quidem, non autem  
propter Christum: ut si cui tyrannus  
aufert uiolenter facultates, tantu[m] pro  
sua libidine, & non propter Christum.  
Aut si quis afficitur morbo, nulla sua  
culpa, Num & hæ afflictiones dicun-  
tur crux Christi? Maximè, etiamsi  
non præcipue inferuntur propter  
Christum, tantummodo ut qui pa-  
titur

titur afflictionē, sit membrum Christi. Quicquid enim acciderit membro Christi, hoc dicit accidisse Christo ipsi. Vnde ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam. Sed quid, si acciderit crux ex merito sceleris? Cauendum quidem est Christiano, ne affligatur ut fur, ut sceleratus, quemadmodum Petrus docet, attamen si id acciderit, potest ex merita poena, etiam crux Christi sancta fieri, nimirum. Si is qui affligitur, resipiscit afflictione admonitus, & agnoscit Christum, Tunc & passio eius fit passio Christi. Exemplum habes in Israëlitis, Esa. xxxvij. Iratus sum super populum meum, non posuisti eis misericordias. Et Zacha. i. Irratus sum parū, Vos autem adiuratis in malum. De Babylonij est sermo, quos reprehendit spūs sanctus, q̄ tā crudeliter afflixerint Israëlitas, qui tñ meriti erāt poenam. Exemplū itē est Latro in cruce. Quare siue af-

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

flictio sit externis flagicijs merita , si-  
ue nō sit merita , hoc unum nobis cu-  
randum est , ut in afflictione habe-  
mus Iesum Christum . Tunc enim o-  
mnia sūt sancta propter Christum ,  
qui est sanctificatio nostra .

PER QVEM MIHI MUNDVS  
CRUCIFIXVS EST.)

Occasione gloriationis de cruce  
Christi , de qua Paulus prius locutus  
est , describitur conditio hominis pī  
in hoc mūdo . Quod enim Paulus de  
se loquitur , hoc intelligendum est de  
quouis homine pio in Christum cre-  
dente . Per Christum , inquit , seu pro-  
pter Christum mundus est mihi cru-  
cifixus , & ego mūdo . Talis debet es-  
se conditio cuiusvis Christiani . Pri-  
mum autem omnium recte intelligē  
da est phrasis Paulina . Mundus enim  
hoc loco non accipit proprię pro ex-  
terno illo cœlo , & hac terra , et si nec  
hæc excluduntur , sed accipitur pro  
hominibus , & rebus humanis ; nec p  
omnibus

omnibus indiscriminatim, sed pro his,  
quæ nō conueniunt cum Christiani-  
smo, nec conferunt aliquid ad salutē,  
quæ habetur in Christo. Crucifixum  
autem esse, significat esse abominabi-  
lem, detestandū, execrandum, adeo-  
que maledictum & mortuum. Nam  
in lege, qui crucifigebant, iudicaban-  
tur maledicti. Maledictus omnis, qui  
pendet in ligno. Audiamus igit̄ nunc  
quid sit illud, Mundus est mihi cruci-  
fixus, et ego mundo, ut videamus quę  
sit conditio Christiani in hac uita. Mu-  
dus enim initio accipitur pro impijs  
& sceleratis hominibus atq; pro om-  
nibus impietatibus & sceleribus eo-  
rum. Cūm ergo dicitur mundum de-  
bere esse crucifixum Christiano, sen-  
tiendum est, q; Christiano debeant  
esse abominabilia omnia scelera &  
impietates impiorum. Nulli quidem  
hominum est maleficēdum, & cum  
omnibus est pax habenda, sed impij  
& scelerati fugiendi sunt, cum omni-

**IN CAP. VI. EPIST. AD GALA-**  
bus suis sceleribus. Vnde Paulus ali-  
as inquit, Si quis cum frater appelle-  
tur, fuerit scortator , aut auarus, aut  
simulacrorū cultor, aut conuiciator,  
cum eiusmodīne cibum quidem ca-  
patis. Et iterum, Scortatio & omnis  
fimmititia ne nominetur quidem in-  
ter uos . Deinde mundus accipitur  
pro omnibus hypocritis , qui uiden-  
tur sibi iusti propter merita operum  
suum. Debent igitur & hi nobis i-  
ta abominabiles & maledicti , hoc  
est, crucifixi esse, ut hypocrisim eorum  
damnemus, & fugiamus. Sic omnes  
Papistæ, omnes Iudæi , omnes Tur-  
cæ, debent Christiano esse crucifixi.  
Et religio horum omniū debet Chri-  
stiano esse crucifixa, hoc est, damna-  
ta & execrabilis. Hoc illud est, quod  
ad Philip. ij. dicitur , Propter quem  
omnia pro damnis duxi. Tertio mun-  
dus accipitur pro sapientibus & po-  
tentibus huius seculi, qui sapientia et  
potentia sua pugnant cum Christo,

& persequuntur Christum, qualis  
quondam fuit Pharao, & postea Eth-  
nici, seu Philosophi, seu Monarchæ.  
Hi omnes cum sapientia & potentia  
sua debent homini pio crucifixi esse.  
Quarto, Mundus accipitur pro om-  
nibus rebus huius seculi, quæ nos ab  
ducere conantur à Christo, ut sunt di-  
uitiae, sanitas, agri, liberi, parentes,  
honores, principatus, adeoque ui-  
ta ipsa, & omnia huius uitæ. Licet  
quidem Christiano habere diuitias,  
habere honores & principatus. De-  
bet & Christianus parentibus suis  
honorem, & liberis amorem. Sed  
qui ea dilexerit supra Christum, non  
est Christo dignus. Quare hæc om-  
nia debet Christiano esse crucifixæ,  
hoc est, abominabilia, & execranda, si  
à Christo conent eum abducere. Mo-  
ses erat in aula Pharaonis, sed cùm au-  
la pugnaret cum uera pietate & reli-  
gione, crucifixa fuit Mosi. Et huc  
facit quod Christus ait: Si quis uult

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, ac sequatur me. Sed propter quā causam debemus nobis omnia reputare crucifixas? Per Christū, seu propter Christum, inquit, Omnia enim facienda & patienda sunt, ut Christum retineamus. Hoc retento, omnia sunt salua, etiā si totus mundus pereat: hoc amissa, oīa pereunt, etiā si totus mundus sit saluus. Quomodo autē uicissim mundus fese gerit erga Christianum? Ego, inquit, crucifixus sum mundo. Sicut mundus mihi crucifixus est, ita uicissim ego sum mundo crucifixus, hoc est, abominabilis, maledictus & damnatus. Ego crucifigo mundū, et mundus crucifigit me. De hac re statim initio mundi concionatus est spiritus sanctus, cùm ait, Semen mulieris contigeret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Exemplo sunt omnes Pij. Paulus fuit mundo crucifixus, quia tam Iudæis & gentibus abominabilis.

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 227

nabilis. Christus ipse fuit mundo crucifixus, etiam externa specie: non enim solum abominabantur eum, sed etiam affigebant eum externæ cruci: Christi fortunam oportet omnes pios experiri. Hęc qui recte cōsyderat, quomodo delectaret eum diu in hoc mundo uiuere, in quo esset continenter mutua crucifixio & martyriū: Non nulli uoluerunt saluti suę consulere, & fugerunt in deserta, ut possent dicere, Mūdus est mihi crucifixus, sed non potuerūt hac uia mundum fuge re. Nā recte fugimus mundum, cūm sectamur Euangelion Christi fide, & abominamur omnem impietatem, ut ambulemus in obedientia Christi per omnia siue prospera siue aduersa.

IN CHRISTO ENIM IESV NE  
QUE CIRCUNCISIO.)

Paulus non potest obliuisci status causæ, quā in hac epistola tractauit. Quare quoquo modo licet, reuocat hūc statum in memoriam. Atq; adeo

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

nunc in fine epistolæ , confert totum  
negocium in pauca uerba , In Chri-  
sto Iesu,inquiens,necq; ualet circunci-  
sio , hoc est , Quicquid dicant , quic-  
quid nugentur Pseudoapostoli,hæc  
certe est summa summarum , quod  
in Christo Iesu , in Christianismo , in  
negocio fidei, in causa iustificationis  
coram Deo,non iudicatur secundum  
circumcisio[n]em uel præpucium , sed  
secundum nouam creaturam . Primum  
ergo considerandum est , q Paulus  
solam quidem circumcisio[n]em , & so-  
lum præpucium nominat , sed intelli-  
git omnia excellentia Iudeorum &  
gentium . Nomine enim circumcisio[n]is  
complectitur omnia sacrificia , o-  
mnes cultus , & omnem iusticiam Iu-  
deorum . Varia fuerunt sacrificia ,  
multa genera cultuum diuinorum ,  
sed nihil horum constat in iudicio Dei ,  
ad iustificationem & salutem conse-  
quendam . Nomine præpucij comprehen-  
dit omnem sapientiam , omnem  
potenciam

potentiam, & doctrinam gentium. Gentes fuerunt sapientissimi Philosophi, & administratores Rerum pub. fuerunt etiam potentissimi Monarchæ. Et tamen nihil horum profest in iudicio Dei, aduersus mortē & damnationem. Deinde sentiendū est, quod Paulus disertè loquatur, hęc nihil ualere in Christo Iesu. In Christo uidelicet Iesu, hoc est, in Christianismo, in causa iustificationis coram iudicio Dei nihil ualent. Sed nō nulla eorum multum ualuerunt suo tempore, & adhuc ualent, in rebus, in necessitatibus & utilitatibus huius seculi. Quædā eorum ualuerunt etiam & adhuc ualent ad testificandam & confirmandam fidem. Exempli gratia, Circuncisio fuit suo tempore sacramentum, quo circuncisus confirmavit fidem suā, q̄ pertineat ad promissionem Abrahæ dictam, & quod in semine benedicto sit consecuturus bñdictionem. Itaque Circuncisio per se

IN CAP. VI EPIST. AD GAL.

quidem nihil ualuit in iudicio Dei,  
absq; fide, & absq; Christo. Qui em  
uocatus ad iudicium Dei, nihil aliud  
respōdere potuit, quam q; circūcisus  
sit, is nec iustus reputatus est, nec sa  
lutem consecutus est. Sed qui uoca  
tus ad iudicium, attulit secum Chri  
stum, semen Abrahæ, & cōfirmauit  
fidem suam ex circuncisione, huic p  
fuit aliquid circuncisio, non ut meri  
tum, sed ut signaculum fidei. Sic dicē  
dum est de sacrificijs. Sacrificia fue  
runt suo tempore cōciones de Chri  
sto, non sunt merita iustificationis &  
salutis. Qui ergo uenit ad iudicium  
Dei, & dixit se iustum, q; sacrificauie  
rit, hic non est auditus, sed abiectus.  
Qui autem attulit secum Christum,  
& dixit se hūc didicisse ex sacrificijs,  
huic bene cesserunt sacrificia. Sic sen  
tiēdum est de Baptismo & cōena Do  
mini. Sicut enim Paulus dicit: In Chri  
sto Iesu, necq; ualeat circuncisio neque  
præpucium, ita & nobis dicere licet,

In

In Christo Iesu neq; ualet baptismus  
neq; cœna Domini. Nam qui uenit  
ad iudicium Dei, & dicit se ideo iu-  
stum, quod acceperit baptismum &  
cœnam Domini, hic non auditur; Ba-  
ptismus enim & cœna Domini, per  
se non iustificant, sed qui affert Chri-  
stum, cui in baptismo est incorpora-  
tus, & cuius corpus et sanguinem in  
cœna Domini ad confirmandam fi-  
dem accepit, is pronunciatur iustus  
& fit saluus. Quod de sacramentis  
dictum est, hoc multo magis sentien-  
dum est, de sapientia & potentia ho-  
minum. Nam qui uenit ad iudicium  
Dei, & accusatus peccatorum, re-  
spondet se fuisse sapientem admini-  
stratorem Reip. aut regem, aut archi-  
TECTUM, is non potest constare in iu-  
dicio. Quod si respondeat se repor-  
tasse uictoriam ex hostibus, ideoque  
sibi deberi cœlum, non auditur. In  
Christo enim Iesu, in Christianismo,  
& in causa iustificationis, non ualet

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

nec regnum nec uictoria super hostes in hac terra. Quid ergo, inquis, ualet? NOVA, inquit, CREATURA. Necesse est ut afferas ad iudicium Dei nouam creaturam, seu nouum hominem. Vetus enim homo, in hac terra relinquendus est, & adducendus est nouus. Quid autem est uetus homo, quid nouus? & quomodo efficiuntur noui homines? Vetus homo est totus homo corpore et anima, qualis generatur ab Adamo in hunc mundum. In corpore afferimus ab Adamo in hunc mundum, uitiam corporalem, sed illa abiijcenda est per mortem. In anima afferimus rationem, uoluntatem, peccatum. Hæc omnia sunt mortificanda. Utimur hoc mundo, & rebus eius, quæ omnes sunt relinquendæ. Inducendus autem est nouus homo. Hic autem sic induitur: Christus dicitur nouus homo. Qui ergo induit Christum fidei, redditur nouus, primū, quia

quia reputatur coram Deo propter Christum iustus. Deinde, quia accipit spiritum sanctum, qui mortificat opera ueteris hominis, & facit ut ambulet homo in nouitate uitæ. Postremo, quia resuscitatur à morte in nouam & æternam uitā. Hæc ergo noua creatura sola ualet in iudicio Dei. Nam qui uocatur in Dei iudicium, & accusatur peccatorum, si non potest constare, nisi adduxerit secum Christum, qui est nouus homo, & dicat, se habere Christum sibi donatū. Postea, cùm testimonia quæruntur, & dicitur, Tu gloriaris quidem de fide in Christum, Probabimus ergo te credere in Christum, ibi tum producuntur opera spiritus, non ut merita, sed ut testimonia. Sic enim responderetur à Iudice: Rectè, Scio te credere in Christum, quia esurivis & dedisti mihi cibum. Indigui uenia erratorum, & dedisti mihi ueniam. Quodcumque enim uni ex minimis meis fe

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

cistis, mihi fecistis. Bene, igitur ex uit  
tute spiritus sancti operandum est,  
ut habeamus testimonia fidei in con  
spectu Dei, & ut afferamus nouam  
creaturam ad iudicium Dei.

QVICVNQVE IVXTA HANC  
REGVLAM.)

Docuit Paulus summā Christiani  
smi in hac epistola, & præsertim pau  
lo antè cōprehendit sententiā totius  
Euangelij breuissimo dicto: In Chri  
sto Iesu, inquiens, nec circūcisio, nec  
præpucium ualeat, sed noua creatura,  
hoc est, In iudicio Dei nullum ualeat  
meritum humanæ iusticie, nulla pre  
rogatiua carnis, sed solum meritum  
Iesu Christi, quo efficimur noua crea  
tura. Ad iudicium enim Dei afferen  
dus est nouus homo, & uetus relin  
quendus in hoc seculo. Nunc ergo  
addit Paulus beneficia, quæ confe  
runtur sectatoribus huius doctrinæ.  
Quid enim, inquis, fiet mihi, si secta  
tus fuero hanc doctrinam? Respon  
det

det Paulus. Quicunque incedunt iuxta hanc regulam, pax super eos & misericordia. Initio considera mihi, quod Paulus hoc loco non loquatur de regula quadam Monachorum. Hoc enim genus regularum solet humanas traditiones instituere, & humanorum operum merita praedicare, quae pugnant cum uera pietatis doctrina, sed loquitur de Regula Euangelij, de uera doctrina iustificationis, quam in hac epistola exposuit, ut delicit, quod in conspectu Dei iustificemur, non propter circuncisionem aut aliorum legalium operum merita, sed tantum propter Christum per fidem. Et quod bona opera facienda sint, non ut merita, sed ut fructus & testimonia iusticie. Hic est Canon Apostolicus. Haec est regula Euangeliaca, quam tradidit spiritus sanctus ab initio orbis terrae, per Patriarchas & Prophetas, & instituit ordinem, non monasticum quendam aut eremiti-

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

cum, sed Christianum. Deinde obser-  
uatoribus huius regulæ promittitur  
pax & misericordia. Pax autem hæc  
non est intelligenda ciuiliter: Nam  
qui sectantur Euāgelij regulam, nul-  
lam habebunt pacem in hoc mundo.  
Non existimetis, inquit Christus, q  
uenerim ad mittendam pacem, sed  
gladium. Christus ipse nullam habu-  
it externam pacem, Paulus qui hæc  
scripsit, grauissimas sustinuit perse-  
cutiones. Et omnes, qui pie uolunt  
uiuere, patiētur persecutionem. Sed  
intelligenda est pacificatio, quaæ est  
inter Deum & hominē, & quæ est in  
conscientia credentis Euangelio. Nā  
ubicunque abest cognitio Christi &  
Euangelij eius, ibi bellum geritur cō-  
tinuum aduersus Deum. Nūc enim  
homo dispiciens uarietates casuum  
in hoc mundo, dicit non esse Deum.  
Nunc cùm sentit graues tētationes,  
dicit Deum esse crudelem tyrānum.  
Nunc reputat Deum esse menda-  
cem,

tem, nunc expectat mortem, & per-  
petuum infernum, præ quo horrore  
nunquam potest habere tranquillam  
conscientiam. Ac breuiter, ubi abest  
Christus, ibi Deus odio prosequitur  
hominem, & homo Deum, Non est  
pax impiis, dicit Dominus: sed cum  
seruatur regula Euangelica, de qua  
Paulus concionat, hoc est, cum Christus  
agnoscitur per fidem, ibi tum sit  
vera pacificatio inter Deum & ho-  
minem. Deus coniunctus est homini  
foedere propter Christum, & fauet ei,  
ac tuetur eum in omnibus aduersis.  
Reputat eum iustum, & seruat eum  
in morte. Homo autem colit Deum, ut pa-  
tre, inuocat eum ex fide, obsequiis uo-  
luntati eius, ac etiam si imminent affli-  
ctio & mors, tamen habet pacem cum  
Deo, quia nouit eum esse seruatorē  
& protectorem propter Christum.  
Si ambulauero in medio umbre mor-  
tis, non timebo, quia tu mecum es. Hęc  
est pacificatio inter Deum & homi-

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

nem sectatorem regulæ Euangeli-  
cæ. Additur & misericordia: Nam u-  
bicunq; abest Christus, ibi abest etiā  
misericordia Dei . Deus misericors  
quidem est omnibus hominibus, ac  
omnibus etiam creaturis benefacit  
misericorditer. Qui dat iumentis es-  
cam ipsorum, & pullis coruorum in-  
uocantibus eum. Non est autem mi-  
sericors ad dandam æternam fœli-  
tatem, nisi his, qui sunt sectatores re-  
gulæ Euangelicæ. Deus enim nō est  
misericors Turcis, et si multa benefi-  
cia in eos confert, misericordiam ta-  
men suam aufert ab eis, propterea q  
non habeant Christum. Nec est mi-  
sericors Iudæis, aut alijs impijs, ad dan-  
dam uidelicet æternam beatitudinē,  
quia Iudæi non habent Christum, &  
non sunt sectatores regulæ Euange-  
licæ. Misericors autem est solis his,  
qui habent Christum, quia Christus  
placauit patrem, & recōciliauit eum  
omnibus his, qui credunt in ipsum.

Quod

Quod autem postremo additur, Super Israëlem Dei, distinguit Paulus Israëlem uerum ab Israële adulterino, idque propter Pseudoapostolos. Hi enim ualde gloriabantur aduersus gētes de genere suo, quōd essent Israélitæ, quibus Deus tot beneficia contulisset. Paulus autem dicit pacē & misericordiam uenturam super Israëlem Dei, Dei, inquam. Est enim duplex Israël, Alius est Israël huius mundi, Is est externus Israël, qui etsi suo tempore sua habuit priuilegia, tamen si nihil aliud accessit, non fuit sat tis esse de externo semine Israël. Alius est Israel Dei, Et est is, qui credit in semen promissum Abrahæ, Isaaco, et Israeli, hoc est, in Iesum Christum, Hic est uerus Israel, etiam si nō sit de externo Israélis semine. Et ad hunc Israelem pertinent omnes promissiones spirituales, quæ dictæ sunt ad Patriarchas. Nam Iudæi, qui nunc sunt, ex hæredati sunt à scriptura & omni-

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.  
bus eius promissiōibus, quia abiece-  
runt Christum. Nos autē gentes po-  
sitę sumus in hæreditatem scripturæ  
& promissionum eius. Quare decla-  
remus nos gratos, ut tantum benefi-  
cium conseruemus perpetuo.

DE CAETERO, NEMO MIHI  
SIT MOLESTVS.)

Paulus Epistolam suam iam con-  
clusurus, significat se suscep̄tā cau-  
ſæ satisfecisse. Quare monet Gala-  
tas, ne sibi deinceps de ea re molesti-  
fiant. De cætero, inquiens, nemo mihi  
molestus sit. Quam causam tractan-  
dam & explicandam suscep̄i, eam co-  
piose exposui. Pseudoapostoli uulgā-  
runt me nō esse uerum Apostolum  
Christi. De hac re prolixè scripsi, &  
ostendi me esse uerum Christi Apo-  
stolū. Quare q̄ deinceps de hoc garri-  
re uoluerit, hunc ne dignum quidem  
responsione iudicabo. Nam q̄ uerus  
sim Apostolus Christi, testantur sti-  
gmata, notæ & signa, quæ in corpo-  
re

re meo gesto. Hæc stigmata sunt afflitiones & persecutio[n]es , quas Paulus propter Christum & Euangeliō eius tam à Iudæis & à gentibus pertulit. Hæc, inquit, probant me nec sectari Iudaismum, Essem enim inter Iudeos tutus, nec sectari Ethnicismum, essem enim inter Ethnicos tutus, sed sectari uerum Christianismum, ideoq[ue] patior persecutionem tam à Iudæis & à gentibus . Primū, Stigmata quæ Paulus cōmemorat, non sunt note in ipso Christi corpore, uidelicet, quinque uulnera Christi, quæ sanguis Monachi impressa fuisse Francisco, ut est Christo similis. Vnde & ubiq[ue] obtrudunt Frāciscum pictū quinq[ue] uulneribus notatum. Hoc aut figmentū est de Francisco , aut Franciscus ipse sibi has notas impressit ex superstitione . Vnus enim est Christus , qui pro nobis passus est. Quare qui fingunt uel alium Christum, uel socium Christi in expiandis peccatis, his sunt

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

in uerum Christum contumeliosi.  
Sed hæc stigmata Pauli sunt persecu-  
tiones, quas habuit inter gentes et lu-  
dæos. Deinde sicut Paulus gestauit  
stigmata Christi in corpore suo, ita  
quilibet Christianus debet ea gesta-  
re, ut in cœlo agnoscatur. Audia-  
mus igitur quædā stigmata, & quas-  
dam notas, quibus agnoscitur Chri-  
stianus. Vna nota est Baptismus, sed  
hæc nota non est sufficiens, quia &  
mali possunt esse baptisati. Alia nota  
est, Auditus uerbi Dei, sed & hanc  
notam possunt mali habere. Quare  
etsi hæc nota est necessaria, tamen  
non est sufficiens. Tertia nota est cœ-  
na Dominica: Quæ & ipsa est utilis  
nota, sed non sufficiens, quia possunt  
etiam mali accipere cœnam domini-  
cam. Quarta nota est, Dilectio proxi-  
mi: De hac nota Christus sic concio-  
natur, In hoc cognoscet, quod disci-  
puli meis sitis, si uos mutuo dilexeris-  
tis, sicut ego dilexi uos. De hac nota  
inter-

Interrogabit Christus in extremo Iudicio, uidelicet, Quot miseriis beneficeris, Quot & quibus iniuriam remiseris. Hæ sunt necessariæ notæ, quas qui non secum ad iudicium Dei affert, is nec fidem, nec Christum affert. Quinta nota est, Varie afflictiones propter Christum, aut propter iusticiam. Alius ejicitur alicubi in exilium, alijs occiditur propter Euangelion. Sanctorum imagines pingi solent cum his instrumentis, quibus occisi sunt. Paulus cum gladio, quia gladio occisus est. Nonnulli gestant præ se capita. Hæ, uidelicet, sunt notæ persecutionum, quas sancti pertulerunt propter Christum. Quare si quis affigitur propter Christum, is non tristetur, sed gaudeat se habere notā, qua sit insignis in iudicio Dei.

## GRATIA DOMINI)

Sicut incepit Epistolam salutatione, ita concludit eam optione. Optat autem Galatis Gratiam, hoc est, favo-

IN CAP. VI. EPIST. AD GAL.

rem Iesu Christi. Hæc est optima & præstantissima optio. Et sola est perfecta: Quicquid aliarum rerum Paullus optasset Galatis, hoc non fuisset sufficiens. Exempli gratia, Regnum terrenum, Diuitias, sanitatem, gloriā humanam. Hæc niminem beant, sola autem gratia Christi est sufficiens bonū. Cui enim Christus fauet, huic Deus pater fauet, adoptat eum in filium, reputat eum iustum, seruat eū in morte, dat ei uitam æternam. Consequimur autem gratiam Christi, auditu Euangeli & fidei in ipsum, Conseruamus gratiam obedientia fidei. Quare Christus est per fidem accipiens, ut gratiam eius cōsequamur, & conseruemus. Habes explicacionem Epistolæ ad Galatas, cuius sententia hæc est, Nullum aliud Euangelion præterquam quod ego de Christo prædicauī, est accipiendum & agnoscendum. Prædicauī autem, quod homines fiant iusti & constent in iudicio

EXPLICAT. IOAN. BRENT. 336

dicio Dei, non propter merita ope-  
rum, sed propter Christum per fi-  
dem. Et hæc omnia Paulus probauit  
suis argumētis, ijsqe firmissimis. Nō  
est igitur aliud Euangelion accipien-  
dum. Postremo docuit Paulus, fidē  
in Christum non esse ociosam, sed  
operosam & efficacem, ac proferre  
bonos fructus. Rogabimus ergo  
Dominum, ut illuminet nos suo spiri-  
tu, quo hanc Pauli doctrinam conser-  
uemus, & Euangelio Christi obe-  
diamus, ad consequendam ue-  
ram salutem in Christo  
Iesu Domino no-  
stro, Amen.

FINIS.

R43943-B

